p inobedientie superbiā deum offendit. Rex salomon postq̄ patris sui dauid sedem obtinuit: de⁹ illū vltra oēs mortales velut ad inumerosi populi gubernationē sapiētie munere ditauit. Econtrario vero hieroboam seruus salomōis postq̄ regni domus dauid partē occupauit: ad idolorū culturā decem tribus israel que erant ī parte samarie diuertit. Per que exempla euidēter ostēditur q̄s dam in sublimiori statu ad maiorē perfectōnem crescere. quosdā vero p superciliū dominatōnis ad deteriora defluere. Per quod vtrunq̄ intelligit eos qui ad melioza conscēdunt per virtutē animi z dei auxiliuz posse id facere. z eos qui ad deteriora diuertunt: per mētis imbecillitatē pariter et negligētiā errare. Unde dominū absq̄ virtute fieri nō decz: quā virtutē sine dei auxilio nullaten⁹ habz. Qui enī multa tuetur si nō habz fortitudinem animi nō valet id agere: quoniaz magna magnis infestatiōib⁹ vl' aduersitatibus solēt laborare. Omnis igit qui preest: hoc primit⁹ tota animi intētione procuret: vt per oīa de dei adiutorio oīno nō dubitet. Si nāq̄ ceperit ī actib⁹ suis auxiliatorē habere dōm dominorū: nullus hominū contēptū pōt habere eius dominatū. Nō enī est ptās nisi a do. Ipe enī elevat de stercore egenū: z sedere facit cū principibus ppli sui. et deponit potētes de sede z exaltat humiles: vt subditus fiat oīs mund⁹ deo: z erigat gloria dei.

Septimus gradus

Eptimus abusionis gradus est. Christianus cōtentiosus. Qui cū participatōnem nominis christi per fidē z baptismū susceperit: cōtra christi dicta et ppositū: mundi caduca delectamēta diligit. Omne enī de quo cōtendit: aut propter propriā eius rei dilectiōem de qua agit: aut propter alterius amorē que sub odiosa specie latet appetit. Quemadmodū: verbi gratia: bellū animosū cōpugnātiū conflictu: cū odiosa res sit: ppter amorē victorie z libertatis peragit. z multe alie dilecte species sub odioso labore vel formidine satis cōtentiose expetūt. Unde patenter intelligit nihil cōtendi posse nisi ppter dilectionē sperata scilicz et subsequentē amabilē remuneratōez. Qui igit tur de mūdo presenti ex quacūq̄ causa cōtendit: perspicue ostendit q̄ illū diligit. Quomodo ergo mundū diligi p iohannē spiritussancti sermōes īterdicūt: quibus ait. Nolite diligere mundū neq̄ ea que in mūdo sunt. Mundi enim amor et dei: pariter ī vno corde cohabitare nō possunt. quēadmodū ydem oculi celū pariter et terrā nequaq̄ cōspiciunt. Sed requirendū est si in mūdo aliquid sit quod amari debeat. et quid sit ille mundus quem diligi diuina eloquia vetant. Terra vero cū nascentib⁹ ex ea. z metallū et animantia: z pulcritudo vestium et oblectatōes ciborum et ea que ad hec pertinēt nō diligi pcipiunt: sed proximus propter quē oīa facta sunt hic amari iubet. Hec enī omnia predicta velut nō mansura: ad celestē patriam pgentes comitari nequeūt. Proximi vero velut mansuri regis coheredes: semetipos licenter inuicē diligūt. Quod ergo semp in mūdo nō manet: et cū mundo pariter deficiet. Ipe mund⁹ nō amari pcipitur. proximus autē qui est pars regni celestis ī terra et inter ima elemēta a regni celorum appetitoribus nō incōgrue amatur: dum ī summa illa patria ineternū cohe res habebitur. Propterea vero mund⁹ pēns nō diligi imperat. ne a dei dilectōne alienus seculi dilector quisq̄ efficiat. Non ergo debet cōtendi quod nō licet amari. Igitur christian⁹ qui nois christi similitudinē tenet: morez quoq̄ eius similitudinē habere debz. Christianus enī nemo recte dicit: nisi qui moribus christo coequat. De christo vero p pphetaz ita scribit. Ecce puer meus quē elegi: electus meus pplacuit in illo sibi anima mea. ponā spiritū meū super eū. Non cōtendet neq̄ clamabit: neq̄ audiet alicūs in plateis vocē eius. Ecce christus non cōtendit: et tu si morū eius similitudinē

retinere cupis. ne contēdas ne abusiuus in ecclesia christian⁹ existas. Suis enim sectatoribus christ⁹ pcepit. Nolite vocari rabbi. Unus est enī magister vester q̄ est christus: et patrē nolite vocare super terram. vnus est enim pater vester qui ī celis est. Omnes enī vos fratres estis: q̄bus ad supplicandū imperauit dicere. Pater noster qui es ī celis sanctificetur nomen tuum ⁊c. Frustra enī ꝓtendit patrem se habere in terra: qui patrē et patriam profitetur se habere in celo. Cuius patrie possessor nemo efficit: nisi q̄ de terrene patrie ꝓtētiōe secur⁹ habet

Octauus gradus

Octauus abſi

Octauus abſi

Octauus gradus est. Pauper superbus: qui nihil habēs in superbiam extollit: cum ecōtrario diuitibus seculi non supbe sapere per apostolum paulum imperat. Quid ergo stolidius potest fieri: q̄ illū qui per infimā miseriam velut in terrā abiectus extremus et humilis incedere debuerat: supercilioso superbie tumore inflatā mentē contra deum erigere: per quod vicīū lapsi corruunt qui in summo celi cōditi erant culmine. Quid ergo vult quasi potens ī terra superbire: qui p̄ omnibus hominib⁹ debuerat humilis apparere: Sz ne de paupertate sua tristiciā habeant: quid a deo recepturi sunt pauperes attendāt. Ipe eteniz inquit. Beati pauperes spiritu quoniā ipoz̄ est regnū celoz̄. Recta nanq̄ dispensatōe misericors iudex celi regnū illis cōmittit: quib⁹ regni terrarū participationē inter mortales abstulit: vt ipe diues in celi sede appareat. qui in terra nihil penit⁹ pcurat. Cauendū ergo pauperib⁹ est: ne dum per egestatem et necessitatē terrenū regnū p̄tereūt: per mentis etiā imprudentiā celoz̄uz regnum amittāt. Cum enī dei dispensatō ne paupratem necessariā acceperint: ī ipsoz̄ arbitrio pendet vtrū pauper spiritu sint. Non enī quibuscūq̄ pauperib⁹ celi regna promittūtur: sz his tantūmodo in quibus diuitiarū inopiā animoz̄ humilitas comitat. Pauper enī humilis: pauper spiritu appellat: qui cuz egenus foris cernit: nunq̄ in superbiaz elevatur. Quoniā ad appetenda celoz̄ regna pl⁹ valet mentis humilitas: q̄ presentiū diuitiariū temporalis pauptas. Et eni humiles qui bene possessas diuitias habent: possunt pauper spiritu appellari. supbos aūt nihil habētes haud dubiū est beatitudine pauptatis p̄mari. De quib⁹ vtriusq̄ sancta scriptura ita loquit. Est quasi diues nihil habens. et est quasi paup cum ī multis diuitijs sit Quasi pauper ergo in multis diuitijs: est diues humilis spiritu. Et nihil habēs q̄si diues: est paup supb⁹ mētis affectu. Nobil ergo inopia est mētis hūilitas: ⁊ inepte diuitie sūt animoz̄ enormitas. Prouidēdū ergo pauplb⁹ ē: vt semet ipos quales sint intelligāt: ⁊ qz reb⁹ cō sequi qō cupiūt nō valēt: mētis tumore supbire desinant.

Nonus gradus

Nonus abuſio

Nonus abuſio

Nonus gradus est Rex iniquus. Qui cum eū iniquoz̄ rectorem esse oportuit: ī semetipo nomīs sui dignitatē nō custodit. Nomen enī regis intellectualiter hoc retinet: vt subiectis omnib⁹ rectoris officiū procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit: qui prios mores si iniqui sint non corrigit. Quoniā ī iusticia regis exaltatur solioū. ⁊ in veritate regis solidant gubernacla populoz̄. Justicia vero regis est nemi nem iniuste per potentiaz opprimere. sine acceptōne psonarū inter virū et proximū suum iudicare. aduenis et pupillis ⁊ viduis defensoreż esse. furta cohibere. adulteria punire: iniquos nō exaltare: impudicos et histriones nō nutrire. impios de terra pdere. parricidas ⁊ peierātes viuere nō sinere: eccl'ias defendere. pauperes elemosynis alere. iustos sup regni negocia cōstituere. senes et sapiētes et sobrios cōsiliarios habere. magoz̄ et aruspicoz̄ phitonissarūq̄ superstitiōib⁹ non intendere: iracundiā suā differre: patriaz

foztiter ⁊ iuste ꝓtra aduersarios defende re. per omnia in deo cōfidere: ꝓsperita tib⁹ nō eleuare animuz: cūcta aduersa pa tienter tolerare: fidem catholicā in deuz habere. filios suos nō sinere impie age re. certis horis oratōib⁹ isistere. ante ho ras cōgruas nō gustare cibū. Ue enim terre cuius rex est puer: ⁊ cui⁹ principes mane ꝯmedunt. Dec regni ꝓsperitatem in p̄senti faciunt: ⁊ regē ad celestia regna meliora perducunt. Qui vero regnū sm hanc legē nō dispensat: multas nimiruz aduersitates imperū tolerat. Idcirco ei pax populozū sepe rumpit: et offendicla de regno suscitant. terrarū quoq; fruct⁹ diminuunt: et seruitia populozū impe diunt. multi et varij dolores ꝓsperita tē regni inficiūt. charozū ⁊ liberoz moꝛ tristiciā cōfert. hostiū incursus prouin cias vndiq; vastāt. bestie armentoz ⁊ pe corū greges dilacerant. tēpestas aeris et emisperia turbata terrarū fecunditatē ⁊ maris ministeria ꝓhibēt. ⁊ aliquando fulminū ictus segetes et arbozū flozes: ⁊ pāpinos exurit. Super oīa vero re gis iniusticia nō solū p̄sentis imperū fa ciē obfuscat. sed etiā filios suos et nepo tes: ne post se regni hereditatē teneāt: ob scurat. Propter p̄iaculū enī salomōis re gnū domus israel domin⁹ de manibus filiozū suoz dispersit. Et ꝓpter iusticiā dauid regis: lucernā de semine eius sem per in hierusalē reliquit. Ecce quantum iusticia regis seculo valet intuentib⁹ per spicue patet. Est enī pax populozū: tu tamē patrie: īmunitas plebis: munimē tū gentis: cura languozū: gaudiū homi num: tēperies aeris: serenitas maris: ter req; fecunditas: solatium pauperū: he reditas filiozū: et sibimetipi spes future beatitudis. Attñ sciat rex q; sicut ī thro no hoīm p̄im⁹ ꝓstitut⁹ ē: sic et ī penis si iusticiā ñ fecerit ꝓmatū habitur⁹ ē. Oēs nāq; q̄scūq; pctōres sb se ī pñti habuit: sup se mō īplacabili in illa fuka pena ba bebit.

Decimus gdus

Decimus abusi onis gradus est. Episcopus negligēs. qui gradus sui honorē requi rit inter homines: sed ministerij sui di gnitatē coram deo: ꝓ quo legatōe fun gitur: nō custodit. Primo nanq; ab epi scopo quid sui nominis dignitas teneat inquirat: quoniā cū episcopus grecum nomen sit speculator interpretat. Quare vero speculator ponit: ⁊ quid a specula tore requirit: dominus ipe denudat cuz sub Ezechielis ꝓphete p̄sona episcopo officij sui rationē denunciat. ita inq̄ens Speculatorē dedi te domui israel. Au diens ergo ex ore meo sermonē: nuncia bis eis ex me. Si autē videris gladiuz venientē: et tu nō annūciaueris vt reuer tatur impius a via sua: ipe quidem im pius in iniquitate sua moriet. Sangui nem eius de manu tua requirā. Si au tē tu annūciaueris: ⁊ ille nō fuerit reuer sus: ipe quidē in iniquitate sua moriet: sed tu animā tuā liberasti. Decet ergo e piscopū omniū quib⁹ in speculā positus est peccata diligēter attendere. et postq; attēderit sermone: si potuerit et actu co rigere. et si nō potuerit: iuxta euāgelij re gulā scelerū oparios declinare. Si enīz inquit in euangelio domin⁹: peccauerit in te frater tu⁹: corripe illū inter te ⁊ ip sum solū. Si te audierit lucrat⁹ eris fra trem tuū. Si te nō audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos: vt in ore duozū vel triū testiū stet omne verbū. Si illos nō audierit dic ecclesie. Si ecclesiā nō audi erit sit tibi sicut ethnic⁹ et publicanus. Tali ordine expellend⁹ est quicunq; do ctoꝛi vel episcopo adherere noluerit. Et qui tali ordīe expulsus fuerit: ab aliquo alio doctoꝛe vl̄ episcopo nō debz recipi. De sacerdote nanq; in lege scribit. Ui duam aut repudiatā nō accipiat vxoꝛē. Qui ergo excōmunicatā illam a catho lico sibi iungit iura sacerdotij sancti: i q̄ christianoz̄ genus electum est: excedit. Hac ratōne episcopū ad eos quibus in speculatōne positus est esse oportet. Le terum vero qualis in semetipo esse debe at paulus apostolus exponit. vt ad gra dū episcopi veniēs: sit sobrius: prudēs: castus: sapiens: modestus: hospitalis:

filios habẽs subditos cũ oĩi castitate: testimoniũ habens bonũ ab his qui foris sunt: proferẽs doctrine fidelez sermonem. ante episcopatũ nõ plures habens vxores q̃s vnam. Non percussor: nõ bilinguis: non ebriosus: non neophitus: vt per hec ipe ostẽdat in opere quod alios docet in sermone doctrine. Caueant ergo negligẽtes episcopi: quia in tẽpore vindicte domin⁹ per prophetã conqueritur dicens. Pastores mei demoliti sũt populũ meũ et nõ pascebãt gregẽ meum pastores sed pascebant semetipos. Sed potius procurẽt bi quos cõstituit dominus super familiã suam dare illis cibum in tẽpore suo mẽsurã tritici: purã scilicz et probatã doctrinã: quatenus veniente domino mereant audire. Euge seruebone et fidelis: quia supra pauca fuisti fidelis: supra multa te constituã: intra i gaudiũ domini tui.

Undecimus gradus

Undecimus abusionis gradus est. Plebs sine disciplina: que dũ discipline excitationiby nõ seruit: cõmuni se perditõnis laqueo cõstringit. Ira enĩ domini absq̃ discipline rigore non euadit. Atq̃ idcirco psalmiste vocibus indisciplinate plebi predicatur. Apprehẽdite disciplinã: ne quando irascatur domin⁹. Disciplina vero est morũ ordiata correctio: et maiorũ pcedentiũ regularuz obseruatio. De qua disciplina paulus apostol⁹ ita loquitur dicens. In disciplina perseuerate: tanq̃ filijs vobis se offert deus. Quod si extra disciplinã estis cuius participes facti estis? omnes ergo adulteri et non filij estis. Qui ergo adulteri sine disciplina sunt: celestis regni hereditatẽ non capiunt. filij autẽ paterne discipline correctõnes ferunt: et hereditatẽ q̃ndoq̃ recipere posse nõ desperãt. De qua etiam disciplina Esaias quidẽ indisciplinate plebi predicat dicens. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Et ad eadem psalmista cõsona voce psallit dicens. Declina a malo et fac bonũ. Infelix ergo est qui abiecit disciplinã. Iudet enĩ extra milites aliquid: qui dominũ crucifigentes nõ eius sciderũt tunicam: qui ecclesie christi scindit disciplinã. Sicut enĩ tunica totũ corpus pter caput tegit: ita disciplina omnis ecclesia preter christũ qui ecclesie caput est z sub disciplina nõ est protegit et ornatur Ipa enim tunica cõtexta desuper fuerat per totum. quia eadẽ disciplina ecclesie a domino de celo tribuit et integrat. De qua dominus cum ad patrẽ ascendisset postq̃ resurrexit a mortuis ad apostolos suos loquitur dicẽs. Vos autẽ sedete hic in ciuitate quoadusq̃ induamĩ virtute ex alto. Tunica ergo corpis christi: disciplina ecclesie est. Qui autẽ extra disciplinã est: alienus est a corpore christi. Non scindamus igitur illam: sed soctiamur de illa. id est nõ soluamus quicq̃ de mandatis domini: sed vnusquisq̃ in quo vocatus est in eo permaneat apd dominũ.

Duodecimus gradus.

Duodecimus abusionis gradus est. Populus sine lege: qui dum dei dicta et legũ scita contemnit: per diuersas errorũ vias prevaricatõnis laqueũ incurrit. De quib⁹ vijs sub persona puaricatoris populi humanũ genus propheta ita deplangit. Nos autem sicut oues errauimus: vnusquisq̃ in viaz suam declinauit. De quibus vijs etiã eadẽ sapientia loquit per salomonẽ. Dulce vie videntur hominibus recte: z nouissima earũ deducunt ad mortez. Que vtiq̃ multe perditõnis vie tunc incedũtur: cum vna regalis via: lex dei videlicz que neq̃ ad dexteram: neq̃ ad sinistraz declinat: per negligentiaz deseritur. De qua via dominus iesus christus qui est finis legis adiusticiã omni credenti denunciat. Ego sum via veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quã viam omnes cõmuniter inuitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis z onerati estis et ego reficiã vos. Quia

non est personarū acceptio apud deum. vbi non est iudeus et grecus. masculꝰ et femina: seruus et liber: barbarus et scitha: sed omnia in omnibꝫ christꝰ. Omnes enī vnū sunt ī christo iesu. Dū ergo christus finis est legis: qui sine lege sunt sine christo fiunt. Igit populus sine lege: populꝰ sine christo est. Abusiuū ergo in tē poribꝫ euangelij populū sine lege fieri: q̄ndo apostolis in cūctas gentes licētia predicatiōis data est: quādo tonitruum euāgelij per cūctas seculi partes intonuit. quādo gentes que nō sectabant iusticiam apprehēderūt iusticiā: quādo qui lōge fuerāt facti sunt ppe ī sanguīe christi. qui aliquādo non populus: nūc autē populus dei in christo: quādo est tempꝰ acceptabile: et dies salutis: et tēpora refrigerij in conspectu altissimi. quādo vnaquecz gens habet testē resurrectiōis. quando ipe testatur dominꝰ. Ecce ego vobiscuz sum omnibus diebus vsqz ad consūmationē seculi. Non fiamꝰ itaqz sine christo ī hoc tpe trāsitorio: ne sine nobis christus esse incipiat in futuro

Finis duodecim graduū abusionuz sancti Augustini. De isto libro frater Bartholomeus de vrbino ordinis heremitarū sancti augustini: annumerans libros augustini post finē sui milleloquij qd collegit ex augustini libris sic dicit. Dubiū est vtrū liber de duodecim gradibus abusionū sit augustini: quia non nominat in libro retractationū. et alū appropriat ipm cipriano. Ego tamē reppe ri in antiquo originali augustini.

Ex libro retractationū beati augustini in librū de beata vita.

Librum de beata vita non post libros de achademicis: sed inter illos vt scribe rem contigit. Ex occasione quippe ortus est natalis mei: et triduī disputatōne complet. sicut satis ipse indicat. In quo libro cōstitit inter nos qui simul querebam nō esse beatā vitaz nisi perfectā cognitionē dei. Displicet tamen illic q mallio theodoro: ad quem librū ipm scripsi. quāuis docto et christiano viro plus tribui q̄z deberē. Et q fortunā etiā illic sepe nominaui: z q tēpore vite huius in solo animo sapientis diri habitare vitā beatā: quomodolibz se habeat corpus eius: cū perfectā cognitōe dei. hoc est qua homini maior esse non possit: in futura vita speret apostolus: que sola beata vita dicēda est. vbi z corpus incorruptibile atqz immortale spiritui suo sine vlla molestia vl reluctatōne subdet. Sane istū librū in nostro codice interruptū repperi: et nō parū minus habere. et sic a fratribꝫ quibusdā descriptus est. nec adhuc apud aliquē integz inuenerā: ex quo emendarē quando hec retractaui. Dic liber sic incipit. Si ad philosophie portū.

Beati Augustini episcopi de beata vita liber incipit

Prohemiū

Si ad philoso phie portum: de quo iam in beate vite regionem solum q proceditur. vir humanissime atqz magne theodore: ratione instructus: cursus et voluntas ipsa perduceret: nescio vtrum temere dixerim: multo minoris numeri homines: ad eum perventuros fuisse: quāuis nunc quoqz vt videmus: rari admodū paucicz pueniant. Cum enī in hunc mundū: siue deus siue natura: siue necessitas siue volūtas

nostra: siue cōiuncta bonorū aliqua: siue si/
mūl omnia: res enī multū obscura est: ſz
tamē a te iam illustrāda suscepta. veluti
in quoddā pcelloſum salū: nos quasi te/
mere passimq; proiecerit: quotus quiſ/
q; cognoſceret quo sibi nitendū esset: q;/
ue redeundū: niſi aliquādo z inuitos cō
tracq; obnitētes aliq; tempestas: que stul
tis videtur aduersa in optatiſſimā terrā
neſciētes: errantesq; cōpingeret? Igitur
hominū quos philoſophia poreſt acci/
pere: tria quasi nauigantiū genera mihi
videor videre. Unū est eorum: quos vbi
etas compos ratōnis assumpſerit: par/
uo impetu pulsuq; remorū de primo fu
giunt: seſeq; recondūt in illa trāquillita
te vnde ceteris ciuibus quibus possunt: quo
admoniti conent ad se: lucidiſſimum si/
gnū sui alicuius operis erigūt. Alterum
vero est eorū superioriq; contrariū. q; fal
laciſſima facie maris decepti: elegerūt in
mediū progredi: longeq; a sua patria pe
grinari audent: et sepe eius oblūiſcunt.
Nos ſi neſcio quo et nimis latēte mo/
do a puppi ventus: quē prosperū putāt
fuerit prosecutus: penetrāt in altiſſima
miseriarū elati atq; gaudētes q eis vsq;
quaq; fallaciſſima serenitas voluptatū:
honorūq; blandit. His profecto quid
aliud optandū est: q; quedā in illis reb?
a quibus iactati excipiant in pspera. z si
parum est: seuiens omnino tēpestas: cō/
trarieq; flans ventus: qui eos ad certa z
ſolida gaudia vl flentes gementesq; per
ducat? Huius generis tamē pleriq; nō
dum longius euagati: quibusdā nō ira
gravibus moleſtūſ reducuntur. Hi sūt
homines: quos cū vel lacrimabiles tra/
gedie fortunarū suarū: vel maniū nego/
ciorū anxie difficultates: quaſi nihil ali
ud habentes quod agāt: in libros docto
rū ſapientiſſimorumq; hominū traxerint:
in ipo quodāmodo portu euigilāt. vnde
illos nulla maris illius promiſſa nimiū
falso ridentis excludāt. Est autē genus
inter hec terciū eorū: qui vel in ipo ado/
leſcentie limine: vel iam diu multumq; ia/
cтati. tamē quedaz ſigna reſpiciūt: et sue
dulciſſime patrie q; quis in ipis fluctibus
recordant: et aut recto cursu in nullo fal
ſi et nihil morati eā repetūt: aut plerumq;
vel inter nubila deuitates: vl mergentia
contuentes ſidera: vel nonnullis illecebriſ
capti: bone nauigationis tēpora differē/
tes: errant diutius: sepe etiā periclitant.
Quos item sepe nonnulla influxis fortu
nis calamitas: quaſi conatibus eorum ad/
uersa tempestas i optatiſſimā vitā qui/
etamq; compellit. His autem omnibus
qui quocunq; modo ad beate vite regio
nem ferunt: vnus immaniſſimus mons
ante ipsum portū cōstitutus: qui etiā ma/
gnas ingredientibus gignit angustias:
vehemētiſſime formidād?: cavtiſſimeq;
vitandus est. Nam ita fulget: ita mētiē
te illa luce vestitur: vt non ſolū pueniē/
tibus nondūq; ingreſſis incolendum se
offerat: et eorum volūtatibus pro ipsa be
ata terra ſatiſſacturū polliceatur. Sed
plerūq; de ipo portu ad sese homīes in/
uitat: eosq; nonnunq; detinet ipa altitudi
ne delectatos. vnde ceteros deſpicere li/
beat. Hi tamē admonent sepe veniētes:
ne aut occultis subter ſcopulis decipiā
tur: aut ad se ascēdere facile putēt: z quā
ſine periculo ingredīāt: propter illi? ter
re vicinitatem beniuolētiſſime docent.
Ita cum eis inuident vaniſſimā gloriā:
locum ſecuritatis oſtendūt. Nam quem
montē alium vult intelligi ratio ppin/
quantibus ad philoſophiā ingreſſi sue me/
tuendū: niſi superbū studium inaniſſime
glorie: quod ita nihil int? plenū atq; ſo/
lidum habet. vt inflatos ſibi ſupambu/
lantes succrepāte fragili ſolo demergat
ac ſorbeat: eiſq; in tenebras reuolutis. e/
ripiat luculentiſſimā domū: quam pene
iam viderant? Que cum ita ſint: accip
mi theodore. Nanq; ad id quod deſide
ro te vnum intueor: teq; aptiſſimū ad/
miror semp: accipe inquā: et quod illorū
trium genus hominū me tibi dederit: z
quo loco mihi esse videar. et abſ re cuiuſ
modi auxilii certus expectē. Ego ab vſ
q; vndenigesimo anno etatis mee poſt/
q; in ſchola rhetorum librum illum cice
ronis: qui hortensius vocat accepi: tan/
to amore philoſophie ſuccenſus ſum: vt

statim ad eā me trāsferre meditarer. Sz neqz mihi nebule defuerūt: quibꝫ cōfunderer cursus meus: et diu fateor: quibus in errorē ducebar labentia in oceanū astra suspexi. Nam et supstitio quedā puerilis me ab ipa inquisitiōe terrebat. Et vbi factus erectior illam caliginē dispuli: mihiqz persuasi: docētibus potiꝰ qꝫ iubentibꝫ esse credendū: incidi in homines: quibus lux ista que oculis cernitur inter summa et diuina colēda videretur. Nō assentiebar: sed putabā eos magnuz aliquid tegere illis inuolutris: quod essent aliquando apturi. At vbi discussos eos euasi: maxime traiecto isto mari. diu gubernacula mea repugnātia omnibus ventis in medijs fluctibꝫ achademici tenuerūt. Deinde veni in has terras: hic septētrionē cui me credere didici. Aniad uerti enim et sepe in sacerdotis nostri: et aliquādo in sermonibꝫ tuis: cum de deo cogitarek nihil omnino corporis esse cogitanduz: neqz cū de anima. Nam id est vnū in rebus proximū deo. Sed ne in philosophie gremiū celeriter aduolarē: fateor: vxoris honorisqz illecebra ōtinebar. vt cū hec essem cōsecutus: tū demū me: quod paucis felicissimis licuit: totis velis omnibusqz remis in illū sinū rapere: ibiqz cōquiescerē. Lectis autē platōis paucissimis libris: cuiꝰ te eē studiosissimū accepi: collataqz cū eis quantū potuit: etiam illorū autoritate qui diuina misteria tradiderūt: sic exarsi: vt omnes illas vellem anchoras rūpere: nisi me nō nullorū hominū existimatio ꝓmoueret. Quid ergo restabat aliud: nisi vt immorāti mihi superfluis: tempestas que putabatur aduersa succurreret: Iraqz tātus me arripuit pectoris dolor: vt illiꝰ pfessionis onus sustinere nō valēs: qua mihi velificabā: fortasse ad sirenas abūcerē omnia: et optate tranquillitati vl̄ qsqz nauē fessamqz perducerē. Ergo vides. in qua philosophia quasi in portu nauigem. Sed etiā ipe late patet: eiusqz magnitudo: quānis iā minus periculosum: nō tamen penitꝰ excludit errorem. Nam cui parti terre: que profecto vna beata est: me admoueā. eamqz cōtingam prorsus ignoro. Quid enī solidū tenui dū adhuc de anima questio nutat z fluctuat. Quare obsecro te per virtutē tuā: per humanitatē: per animarū inter se vinculū atqz cōmertiū: vt dexterā porrigas. Nocautē est vt me ames: et a me vicissim te amari credas: carūqz haberi. Nō si impetrauero: ad ipam beatam vitam cui te iā herere presumo: paruo conatu facillime accedā. Quid autē agam: quo ue modo ad istum portū necessarios meos cōgregem: vt cognoscas z ex eo animū meū. Neqz enī alia signa inuenio qꝫbus me ostendā: vel quo plenius intelligas pelagꝰ disputatōnuz meaz. Quod mihi videk religiosius euasisse: atqz tuo titulo dignius ad te scribenduz putani. et ipo tuo nomīe dedicandū. Aptissime sane. Nam de beata vita questiuniꝰ inter nos: nihilqz aliud video quod magꝭ dei donū vocandū sit. Eloquentia tua territus nō sum. Quicqd enim amo: cuius nō assequar: timere non possum: fortune vero sublimitatē multo minus. apud te enim vere quānis sit magna: secūda est. nam quibus dominak eosdem ipsos secūdos facit. Sed iam qd afferam: queso attende.

Incipit narratio que ad disputatōz paratur.

Idibus noue
mbris: mihi natal' dies erat: postā tenue prandiū. vt ab eo nihil ingeniorū impediret: omnes qui simul nō illo die: sed quotidie cōuiuabamur i balneas ad cōsedendū vocaui. Nā his temporibꝫ aptius locus secretꝰ occurrerat. Erant autē (nō enī vereor eos singulari bonitati tue notos interim noibꝫ facere) in primis nostra mater. cuiꝰ meriti credo esse omne quod viuo: nauigius frater meus: trigetiꝰ et licentius ciues. et discipuli mei: nec lartidianū et rusticū cōsobrinos meos: qꝫuis nullū vl̄ grāmaticū passi sint: deesse volui. ipmqz eoz fē sum cōmunē: ad rem quā moliebar necessariuz putaui. Erat etiā nobiscū eta-

te minimus omniū: sed cuius ingeniū si amoze nō fallor: magnū quiddā pollicetur adeodatus filius me⁹. Quib⁹ attentis sic cepi.

Incipit disputatio de beata vita.

Manifestus vobis videt ex anima et corpore nos esse cōpositos. Cū omnes cōsentirēt: nauigi⁹ se ignorare respōdit. Cui ego: nihil ne oīno scis inquā: an inter aliq̄ que ignoras etiā hoc numerā duz est: Nō puto me inquit oia nescire. Potes ne inquā nobis dicere aliq̄d eorum que nosti. Possum inquit. Nisi molestū est inquā p̄fer aliquid. Et cū dubitaret: scis ne inq̄ saltim te viuere. Scio inquit. Scis ergo te habere vitā. Siq̄ dē viuere nemo nisi vita potest. Et hoc inquit scio. Scis etiā corpus te habere. Assentiebat. Ergo iam scis te cōstare ex corpore et vita. Scio interim: sed vtrū hec sola sint: incert⁹ sum. Ergo duo ista inquā esse nō dubitas corpus et animā. sed incertus es vtrū sit aliud qđ ad complēdū ac p̄ficiendū hominē valet. Ita inquit. Hoc quale sit: alias si possum⁹: q̄remus inquā. Nunc illud iam ex oīmibus quero: cū fateamur cūcti: neq̄ sine corpore: neq̄ sine anima esse posse hominē: cibos p̄pter quid horū appetamus: Propter corpus inq̄t licenti⁹. Ceteri autem cunctabant: varioq̄ sermōe inter se agebant quō posset p̄pter corpus cibus necessarius videri: cū appeteret p̄pter vitam: et vita nō nisi ad animaz p̄tineret: Tum ego videt inquā vobis ad eā partem cibū p̄tinere quā cibo crescere robur trigetiū. Assentiebant. Ait enim. Cur ergo p̄ edacitate mea nō creui. Hodū inq̄ suū a natura constitutū habēt omnia corpa: vltra quā mensurā p̄gredi nequeāt. tamē ea mēsura minora essent si eis alimenta defuissent. Quod et in pecoribus facilius aniaduertimus. Et nemo dubitat cibis subtractis oīm animātiū corpa macrescere. Macrescere inq̄t licentius nō decrescere. Satis est mihi inq̄m ad id qđ volo. Et enī questio est. Utrū ad corp⁹ cibus p̄tineat: p̄tinet autē: cū eo subducto ad maciē deducit. Oīes ita esse cōfuerunt. Quid ergo aīa inquā: nulla ne habet alimēta p̄pria. An ei⁹ esca scientia vobis videt. Plane inq̄t mater. nulla re alia credo ali animā q̄z intellectu rerū atq̄z sciētia. De qua sentētia cū trigeti⁹ dubiū se ostēderet. hodie inq̄t illa tuipe nōne docuisti: vñ aut vbi aīa pascat. Nam post aliq̄ntā prādū partē te dixisti nō aduertisse: quo vasculo vteremur q̄ alia nescio q̄ cogitasses: nec tū ab ipa cibo⁹ parte abstinueras manus atq̄ morsus. vbi igit erat anim⁹ tu⁹: quo tēpore illō te vescēte nō attēdebat. Inde mihi crede: z talibus epulis anim⁹ pascit. i. theorijs et cogitatiōibus suis: si sup eas aliq̄d p̄cipe possit. De qua re cū dubitāter streperēt. nōne inq̄m cōceditis hominū doctissimorū animos multo esse q̄z imperitorū quasi in suo genere pleniores atq̄ maiores: Manifestū esse dixerūt. Recte igit dicim⁹ eorū animos: qui nullis disciplinis eruditi sunt. nihilq̄ bonaz artium hauserūt: ieiunos et quasi famelicos eē. Plenos inquit trigeti⁹ et illoz animos esse arbitror: sed vicijs atq̄ nequicia. Ista ipa est inquā crede mihi quedā sterilitas z quasi fames animoz. Nam quēadmodū corp⁹ detracto cibo plerūq̄ morbis atq̄ scabie replet: que ī eo vicia indicāt famē. ita et illorū animi pleni sunt morbis quibus sua ieiunia cōfitent. Et enī ipam nequiciā matrē omniū vicioz̄ ex eo q̄ nec quicq̄ sit. id est ex eo q̄ nihil sit: veteres dictā esse voluerūt. Cui vicio q̄ contraria virtus est: frugalitas nominatur. Ut igitur hec a fruge. id ē a fructu: p̄pter quandā animorū fecunditatez: ita illa ab sterilitate: hoc est: a nihilo nequicia nominata est. nihil est enīz omne qđ fluit: qđ soluit: qđ liquescit: z q̄si sp perit. Jō tales hoīes etiā pditos dicim⁹. Est aūt aliq̄d si manet: si ostat: si sp tale ē. vt ē virtus cui⁹ magna ps est atq̄ pulcerria: q̄ tēperātia et frugalitas dicit. Sed si ꝑ obscurū est: q̄z vt id iam vos videre possitis, certe illud cōceditis: qz si animi im-

peritorũ etiã ipi pleni sunt: vt corpora ita animoꝝ duo alimentoꝝ genera inue niunt. vnũ salubre atq; vtile. alterũ morbidũ atq; pestiferũ. Que cũ ita sint arbitror die natali meo: quoniaꝫ duo media esse in homie cõuenit: inter nos. id ẽ corpus atq; animã. nõ me prãdiũ paulo latius corpib⁹ nris solũ: sed t animis etiã exhibere debere. Q, autẽ hoc sit prãdiũ si esuritis pferã. Hã si vos inuitos t fastidientes alere conabor. frustra operã consumã: magisq; vota faciẽda sunt. vt tales epulas poti⁹ q̃ illas corpis desideretis. Quod eueniet si sani animi vri fuerint. Egri enĩ sicut in morbis ipius corporis videm⁹: cibos suos recusant t respuũt. Omnes se vultu ipo t cõsentiẽte voce quicq̃d pparassem iã sumere ac vorare velle dixerũt. Atq; ego rursus eoꝝ diẽs beatos esse nos volum⁹ inq̃. Vix hoc effuderã: occurrerũt vna voce cõsentientes. Videt ne vobis inquã beat⁹ esse qui quod vult nõ habz. Negauerunt. Quid omis q̃ quod vult habet beatus est. Tum mater si bona inq̃t velit t habeat beat⁹ est. Si autẽ mala velit: q̃uis habeat miser est. Cui ego arridẽs atq; gestiẽs: ipam inq̃ prorsus mater arcẽ philosophie tenuisti. Hã tibi pculdubio vba defuerũt: vt nõ sicut tullius te modo panderes: cui⁹ de hac sentẽtia verba ista sunt. Nam in hortẽsio. quẽ de laude ac defensiõe philosophie libro fecit. Ecce autẽ ait. Non philosophi quidẽ: sz pmpti tamẽ ad disputãdũ: omnes aiunt esse beatos qui viuãt vt ipi velint. Falsuz id quidẽ. Velle enĩ quod ñ deceat idẽ ipm miserrimũ. Nec tam miserũ est nõ adipisci quod velis: q̃ adipisci velle quod nõ oporteat. Plus enĩ mali prauitas volũtatis affert: q̃ fortuna cuiq̃ boni. In q̃bus verbis illa sic exclamabat: vt obliti penitus sexus ei⁹: magnũ aliquẽ viz cõsidere nobiscũ crederem⁹: me interi ẽ tum poterã intelligẽte ex quo illa t q̃ diuino fonte manarẽt. Et licenti⁹. Sz dicendũ inquit tibi est: vt beat⁹ sit quisq; quid velle debeat: et quarũ rez eũ oporteat habere desideriũ. Inuita me inquã natali tuo quãdo dignaber. quicq̃d apposueris libẽter sumã. Qua conditõne hodie apud me vt epuleris peto: nec flagites qđ fortasse nõ est paratũ. Quẽ cuz modeste ac verecũde cõmonitõis sue peniteret. ergo illud inq̃ cõuenit inter nos: neq; quẽq̃ beatũ esse posse qui qđ vult nõ habet beatũ nõ esse dederũt. Quid illud inq̃ cõceditis: omnẽ qui beat⁹ nõ ẽ miserũ esse. Nõ dubitauerũt. Omis igitur inquã qui quod vult nõ habet miser est. Placuit omnib⁹. Quid ergo sibi bõ cõparare debet vt beatus sit inq̃: Forte enim etiã hoc ĩsti nostro cõuiuio subministrabit. ne licentiã auiditas negligatur. nã id opinor ei cõparandũ est: quod cũ vult habet. Manifestũ esse dixerunt. Id ergo inquã semp manẽs: nec extorta pendulũ: nec vllis subiectũ casibus esse debet. Nam quicq̃d mortale t caducũ est nõ potest a nobis quãdo volum⁹: et q̃diu volumus haberi. Assentiebant omnes. Sed trigeti⁹: sunt inquit multi fortunati: qui easipas res fragiles casibusq; subiectas: tamẽ iocũdas pro hac vita cumulate largeq; possideãt. nec quic q̃ illis eorũ que volunt desit. Cui ego. Qui timet inquã: videt ne tibi beat⁹ esse. Non videt inquit. Ergo qđ amat q̃ q̃. si amittere potest: põt ne non timere. Nõ potest inquit. Amitti autẽ possunt illa fortuita. nõ igit hec qui amat et possidet. potest vllo mõ beatus esse. Nihil repugnauit. Hoc loco autẽ mater. etiaz si securus sit inquit ea se omnia nõ esse amissurũ: tamẽ talib⁹ satiari non poterit. Ergo et eo miser quo semp est indigẽs. Cui ego. Quid inq̃ his omnib⁹ abundãs rebus atq; circũfluẽs: si cupiẽdi modum sibi statuat: eisq; cõtẽtus: decenter iocundeq; pfruatur: nõne tibi videt beatus. Non ergo inq̃t illis rebus: sed animi sui moderatõe beat⁹ est. Optime inquã: nec huic interrogatõi aliud: nec aliter aliud debuit respõderi Ergo nllo modo dubitamus si qs beatus esse statuit: id euz sibi comparare debere qđ semper manet: nec vlla seuiẽte fortuna eripi põt Hoc inq̃t trigetius iam dudũ consen-

mꝰ. Deus inq̄ nobis eternus et semp manēs videt? Hoc quidē inq̄t licentius tra certū est vt interrogatōne nō egeret. ceteriq̄ oēs pia deuotōe cōcinuerūt. Deū igit inq̄ qui habet beatus est. Qō cū gaudēte libētissime accepissent: nihil ergo inquā nobis iā querendū arbitror esse: nisi quis hominū habeat deū. beatꝰ enī profecto is erit. De quo quero quid vobis videat. Hic licentiꝰ. Deum habet q̄ bene viuit. Trigetius. Deū habet inquit qui facit que deꝰ vult fieri. In cuius sentētia lastidianꝰ cōcessit. Puer autē ille minimꝰ omniū: is habet deū ait: qui spiritū immūdū ñ habz. Pater vero omnia: sed hoc maxime approbauit. Nauigius tacebat. Quē cū interrogasset quid sentiret: illud vltimū sibi placere respōdit. Hec rusticū visum ē negligēdum percōtari. quenā esset de re tāta eius sentētia. Qui mihi videbat q̄ nō delibe ratōne magis q̄ pudore impedit? silēret: trigetio cōsensit. Tum ego. teneo intra q̄ nec queri quidē oportz: nec inueniri potest. si mō eam vti cepimꝰ serenissime ac sincerissime inuestigemꝰ. Qō hodie quia longū est. et habēt in epulis suis et animi quandā luxuriē: si vltra modū in eas et voraciter irruāt. Ita enī mentiū nō minus q̄ ab illa ipa fame metuendū est. Deliꝰ nos hec questio cras esuriētes si vidēt accipiet. Illō mō libēter liguriat? nolo quod subito mihi mīstratori vestro in mentē suggestū est: inferendū: et est ni fallor: qualia solent vltima apponi: quasi scolastico melle confectū atq̄ conditū. Quo audito sese oēs quasi in allatū ferculū tetenderūt: cogge runtq̄ vt dicere ꝓpezarē quid id nam esset. Quid inquā putatis: nisi cū achademicis totū quod susceperamꝰ confectuz esse negociū. Quo accepto nomīe: tres illi quibꝰ res nōta erat: sese erexerūt alacrius. et velut porrectis: vt fit: manibꝰ iserentē ministrū adiuuerūt quibꝰ potuerunt verbis nihil se iocūdiꝰ audituros esse mōstrantes. Tum ego ita rē ꝓposui

Si manifestū est inq̄ beatū nō esse: qui quod vult nō habet: quod paulo añ ratio demōstrauit: nemo autē querit quod inuenire nō vult: et querūt illi semp veritatē. Volūt ergo inuenire: volūt igit habere inuentionē veritatis z nō inueniunt: sequit eos nō habere qō volunt: et ex eo sequit etiā beatos nō esse. At nemo sapiens nisi beatꝰ. Sapiēs igit achademicus nō est. Hic repēte illi: quasi totū rapientes exclamauerūt. Sed licētius attentiꝰ et cautius aduertēs timuit assensionē: atq̄ subiecit. Rapui quidē vobiscū. siquidē exclamauit illa cōclusione cōmotus. sed nihil hinc admittā in viscera: z partē meā seruabo alipio. Nam aut simul eā mecū lambet: aut meadmonebit cur ñ oporteat attigere. Dulcia inq̄ magis metuere nauigiꝰ deberet splene vicioso. Dic ille arridens. plane inq̄t me talia sanabūt. Naz nescio quomodo cōtorqtū hoc et aculeatū: qō posuisti: vt ait ille de melle hymetio. Acriter dulce ē nihilq̄ inflat viscera. Quare totū etiam palato aliq̄ntū remorso: tamē vt possuz libētissime in medullas trāicio. Nō enī video quomodo redargui possit ista cōclusio. Porrsus nullo mō potest inq̄t tregetius. Quare gaudeo iā diu cū illis me īimicicias suscepisse. Nā nescio q̄ impellēte natura: vel vt versus dicā deo: etiaz nesciēs quomodo refellēdi essent: tamen eis nimis aduersabar. Hinc licentius. Ego inq̄t illos nondū desero. Ergo ait trigetius. Dissentis a nobis: nūquidnā ille inquit: vos ab alipio dissentit? Cui ego: nō dubito inquā q̄n si adesset alipius: huic ratiūcule cederet. Non enī tam absurde sentire poterat: vt aut btūs illi videret: qui tantū bonū animi qō ardētissime vellet habere nō haberet: aut illos nolle inuenire veritatē. aut eum qui beatus nō sit esse sapientē. Nā his tribꝰ quasi melle farre atq̄ nucleis illō quod metuis gustare cōfectū ē. Ille inquit ne huic tā parue puerorz illecebre cederet achademicorū tāta vbertate ōserta: qua inundante hoc nescio q̄d breue aut obruet: aut ꝓtrabet. Quasi vero inq̄ lōgū

Aliquid nos q̃amus: p̃sertim aduersus alipiũ. Nã nõ mediocrẽ parua ista esse fortia et vtilia satis sibi ipe de suo corpe argumentarẽ. Tu aũt q̃ elegisti de absẽtis autoritate pẽdere: q̃d hoy nõ ꝓbas: vtz beatũ nõ esse q̃ qõ vult nõ habz: an illos negas velle habere inuẽtã ꝟitatez: quã vehemẽter iquirũt. an videt tibi q̃s: q̃z sapiẽs nõ beat⁹? Prorsus btũs est inquit: q̃ qõ vult nõ habz: q̃si stomachãter arridens. Nõ cũ iuberẽ vt scriberẽt: non dixi inq̃t exclamãs. Nõ itẽ cũ annuerez scribi: dixi inq̃t. Atq̃z ego semel p̃ceperã vt nullũ ꝟbũ p̃ter lras funderet. Ita adolescentẽ inter ꝟecundiã atq̃z ꝓstantiã exagitatũ tenebã. Sz cũ his ꝟbis eum iocãtes: q̃si ad vescendã particulã suã puocarem⁹: animaduerti ceteros rei tot⁹ ignaros: ꝛ scire cupiẽtes q̃d inter nos solos tam iocũde ageret. sine risu nos intueri. Qui mihi prius sil'es visi sunt: quod plerũq̃z solet his qui cũ epulant inf auidissimos rapacissimosq̃z cõuiuas a rapiendo vel g̃uitate sese abstinẽt vel pudore terrent. Et qz ego iuitauerã: ꝛ magni cuiusdã hoys p̃sonã atq̃z vt totũ explicẽ veri hoys etiã in illis epulis inuitatorez alias p̃sonã gerebã. Sustinere nõ potui Cõmouitq̃z me illa ineq̃litas mẽse nr̃e ꝛ discrepãtia. Arrisi matri. Atq̃z illa liberrime qõ minus habebãt: q̃si de suo cellario ꝓpinandũ imperãs. iã dic nobis inquit qui sint isti academici: ꝛ q̃d sibi velint. Cui breuiter cũ exposuissem aptecq̃z ita vt nemo illorũ ignar⁹ abscederet. isti homines inq̃t caducarij sunt: quo noie vulgo apud nos vocanf: q̃s comitialis morby subuertit. Et sil' surrexit vt abiret. atq̃z hic oẽs leti interposito fine discessimus.

Incipit secũde diei disputatio.

Postridie autẽ cũ itẽ post p̃ãdiũ: sz aliq̃to q̃z pridie seri⁹: ijdẽ ibidẽq̃z ꝓsedissemus. tarde inq̃z venistis ad cõuiuium qõ vobis ñ cruditate accidisse arbitror: sed paucitatis ferculorũ securitate: qõ ñ tã mature aggrediẽdũ visum ẽ, qõ cito vos pesuros putastis. Non multũ enim reliquiaz credẽdũ erat remãsisse: vbi diẽ ipo atq̃z solẽnitate tã exiguũ reptũ erat. Fortasse recte. Sed q̃d vobis p̃patum sit: ego quoq̃z vobiscũ nescio. Ali⁹ est ei q̃ omnibꝫ tũ vl' cõmunes tũ maxime rales epulas p̃bere non cessat. Sz nos abedẽdo: vl' imbecillitate: vl' saturitate: vl' negocio plerũq̃z cessam⁹. quẽ manerẽ in hoybꝫ btos eos facere: inter nos beri ni si fallor pie ꝓstaterq̃z ꝓuenerat. Nã cum rõ demõstrasset eũ beatũ esse: q̃ deũ haberet. nec huic q̃sq̃z vestz sentẽtie restitisset: q̃situ est q̃nã vobis videret deũ habere. De qua re si bene memĩ: tres sententie dicte sunt. Nam partim placuit deuz habere illũ q̃ ea faceret q̃ de⁹ vellz. Quidam aũt dixerãt q̃ is deũ haberet: q̃ bene viueret. Reliquis vero ĩ eis de⁹ eẽ visus est: in q̃bꝫ qui appellat immũd⁹ spiritus nõ est. Sed fortasse oẽs diuerf ꝟbis vnũ idẽq̃z sensistis. Nam si duo prima cõsiderem⁹: et oĩs q̃ bñ viuit ea facit q̃ vult de⁹. et oĩs q̃ ea facit q̃ vult de⁹ bñ viuit. nec q̃cq̃z est aliꝫ bñ viuere: q̃z ea facere q̃ deo placeãt: nisi q̃d vobis aliꝫ videt. Assentiebanf. Terciũ ꝟo illud paullo diligenti⁹ cõsiderãdũ est: ppter ea q̃ritu castissimoz sacrorũq̃z spirituũ: spũs immũdus q̃ntũ intelligo: duobꝫ modis appellari solet. vel ille q̃ extrinsec⁹ animaz inuadit: sensusq̃z ꝓturbat: ꝛ q̃ndã hoybꝫ infert furorẽ. cui excludẽdo q̃ psunt manũ imponere vl' exorcizare dicunf. Hoc est. p̃ diuina eũ adiurãdo expellere. Aliter autem dicit spũs immundus: oĩs omnino aĩa immũda. qõ nihil ẽ aliꝫ q̃z vicius ꝛ erroribꝫ inq̃nata. Itaq̃z abs te q̃ro: tu puer: qui fortasse aliq̃nto serenioze ac purgatiori spiritu istã sentẽtiã ptulisti. q̃ vbi videat immũdũ spiritũ nõ habere. Ille ne q̃ demonẽ nõ habz: quo vesani hõmines fieri solẽt: an ille q̃ aiaz suã iam a vicius oibusq̃z peccatis mũdauit? Is mihi videt inq̃t immundũ spiritũ nõ habere q̃ caste viuit. Sed castũ inquã quem vocas? eũ ne q̃ nihil peccat: an eũ tantũ q̃ ab illicito cõcubitu tẽperat? Quõ inq̃t cast⁹ ꝓt eẽ q̃ ab illicito tãtũ cõcubitu

ābstinēs sese. ceteris peccatis nō desinit. inānari. Ille est ve cast⁹ q̄ deū attēdit: z ad ipm solū se tenz. Que ẏba pueri sicut dicta erāt: cū ꝓscribi mihi placuisset: is ḡ inq̄m necesse est vt bñ viuat: et q̄ bene viuit necessario tal' est: nisi q̄d tibi aliō videt. Cōsensit cū ceteris. Ergo vna ē hic inquam dicta sentētia. Sed illud a vob paululū quero: velit ne de⁹ vt bō deū q̄rat: Dederūt. Itē q̄ro. Nunq̄dnam possum⁹ dicere. illū q̄ deū q̄rit male viuere: Nullo mō dixerūt. Etiā ꝑ terciū respōdete. Spūs immūd⁹ p̄t ne deum q̄rere: Negabant: aliq̄ntū dubitāte nauigio. q̄ postea ceteroꝝ vocib⁹ cessit. Si igit̄ inquā q̄ deū q̄rit id facit qō de⁹ vult z bñ viuit: et spiritū imūdū nō hz. q̄ aūt deū q̄rit nōdū habz deū. Nō igit̄ q̄squis aut bene viuit: aut qō vult de⁹ facit: aut spiritū immūdū nō habz: cōtinuo deū habere dicend⁹ est. Hic cū se ceteri ꝓcessionib⁹ suis ꝺceptos rideret. postulauit mī cū diu stupida fuiſſz: vt ei hocip̄z qō cōclusionis necessitate ītorte diserā explicādo relaxarē atq̄ soluerē. Quod cū factum esset: ſz nemo ināt p̄t puenire ad deum: nisi deū q̄sierit. Optime inq̄z. Tñ q̄ adhuc q̄rit nōdū ad deū puenit etiam si bene viuit. Nō igit̄ q̄sq̄s bñ viuit deum habz. Mihi ināt videt deū nemo nō habere. ſz eū q̄ bñ viuit: habz ꝓpiciū: q̄ male: infestū. Male igit̄ inquā hesterno die cōcessimus eū btm esse q̄ deū habet. Sidem oīs hō deū habet: nec tñ oīs homo beatus est. Adde ḡ inquit ꝓpicium Saltim inquā hoc inter nos ꝓstat satis eū beatū esse q̄ habet ꝓpiciū deū. Uellē inquit nauigi⁹ cōsentire. Sed illū vere oꝝ q̄ adhuc q̄rit p̄sertim ne cōcludas beatū esse achademicū: q̄ externo sermone vulgari q̄dem z male latino: ſz aptissimo sane vt mihi videt ẏbo caducari⁹ nomi natus ē. Non enī possum dicere homini deū q̄renti aduersum deū esse: qō si dicī nefas est. ꝓpici⁹ erit z q̄ ꝓpiciū deū habet btūs est. Btūs ergo erit ille q̄ querit Omnis autē q̄rens nōdū habz qō vult Erit igit̄ btūs homo qui qō vult non habet: quod heri nobis oīb⁹ videbāt ab surdū. vnde credebam⁹ achademicoꝝ tenebras esse discussas. Quare iā de nobis licētius triū phabit· mihiq̄ illa dulcia que cōtra valitudinē meā temere accepi bas de me penas exigere: q̄si p̄udēs me dicus admonebit. Dic cū etiā mater arrisisset. ego ināt trigeti⁹. nō cōcedo continuo deū aduersari cui nō sit ꝓpici⁹. sed ē aliq̄d mediū puto. Cui ego. istū tamē hominē inquā mediū. cui nec de⁹ ꝓpici⁹ est nec infestus: deū quō habere cōcedis. Dic cū ille cūctaret. aliud est ināt mater deū habere: aliud nō esse sine deo. Quid ergo inquā meli⁹ est: vtrū habere deum: an nō esse sine deo? Quantū ināt possum intellīgere: ista est sentētia mea. Qui bene viuit habet deū: ſz ꝓpiciū. qui male habet deū sed aduersū. Qui autē adhuc q̄rit nondū q̄z ūuenit: neq̄z ꝓpiciū neq̄z aduersum: sed nō est sine deo. Nec ne inq̄z vestra etiā sentētia est? Nanc esse dixer̄t. Dicite mihi queso inq̄z. Non vobis videt esse homini de⁹ ꝓpici⁹ cui fauet? Esse confessi sunt. Non ergo inq̄z fauet deus querēti sese homini? Respōderūt fauet. Habet igit̄ inquā q̄ deū q̄rit deū ꝓpiciū: et omnis q̄ habz deū ꝓpiciū: btūs est. Beatus est ergo z ille q̄ q̄rit. Qui autem querit nōdū habz quod vult. Erit igitur btūs qui qō vult non habz. Prorsus inquit mater. nō mihi videt beatus esse qui qō vult nō habet. Ergo inq̄z ñ omnis qui habz deū ꝓpiciū btūs ē. Si hoc cogit ratio ināt nō possum negare. Ista igit̄ inq̄z distributio erit: vt omis q̄ iam deū inuenit: z ꝓpiciū deū habeat: et btūs sit. omnis autē qui deū querit ꝓpiciū deū habeat: sed nōdū sit btūs. Jā ẏo quisq̄s vicius atq̄ peccatis a deo se alienat. nō modo btūs nō sit. sed ne deo quidem viuat ꝓpicio. Quod cū placuisset omnib⁹: bene habet inquā. sed adhuc illud vereor: ne vos moueat quod iā superius cōcesseramus miserū esse quisq̄s beatus nō sit. cui consequens erit ē miserū hominē: qui ꝓpiciū tenet deū: quez adhuc deū querentē nondū diximus ē beatum. An vero quod ait Tulli⁹. multoꝝ in terris prediorū dominos diuites

appellamus:omniū virtutū possessores paupes nominabim⁹? Sz illō videte v/trū quō verus ē q̄ eis egēs miser sit: ita sit verū q̄ omnis miser egeat. Ita enī e/rit verū nihil aliō eē miseriā q̄s egestatē. qō me nunc cū dicerē laudare sensistis. Hoc autē hodie longū est: vt queram⁹: quare peto:ne fastidio vobis sit ad ista⁹ mensam cras etiā cōuenire. Nō cū oīs se libētissime habere dixissēt surrexim⁹.

Incipit disputatio tercie diei

Tercius autē di es disputatōis nostre matuti/nas nubes:que nos cogebāt ī balneas dissipauit:tempusq̄ pmeridia nū candidissimū reddidit. Placuit ergo in p̄atuli ppinqua descēdere: atq̄ oib⁹ nobis vbi cōmodū visum est cōsidētib⁹ reliquus ita sermo pactus est. Dīa pene inq̄m que interrogāti mihi cōcedi a vo/bis volui habeo ac teneo. quare hodier/no die quo possim⁹ tandē hoc nostrum cōuiuiū aliq̄ interuallo dierū distingue/re:aut nihil:aut nō multū erit vt opinor qō mihi vos respondere necesse sit. Di/ctū enim erat a matre nihil aliud esse mi/seriā q̄s egestatē:cōuenitq̄ inter nos oēs qui egeant miseros esse. Sed vtrū oīs etiā miseri egeāt:nōnulla questio ē. quā hesterno die nō potuim⁹ explicare. Hoc autē ita se habere:si ratio demōstrauerit pfectissime inuentū est qui sit beatus:erit enim ille q̄ nō eget. Omnis enī nō miser beatus est. Btūs est ergo qui egestate ca/ret:si quā dicim⁹ egestatē :eandē miseriā esse ꝓstiterit. Quid enī ait Trigeti⁹ non potest ex eo iā confici omnē nō egentem beatū esse:quo manifestū est:omnē q̄ ege/at esse miserū? Nam ꝓcessisse nos memi/nī nihil esse mediū inter miserū ⁊ beatū. Aliquid ne inq̄s inter mortuū ⁊ viuu⁹ ti/bi mediū videt esse? Nōne oīs hō aut viuus aut mortuus est? Fateor inq̄t: ne q̄s hic esse aliq̄d mediū. Sed q̄sū istud? Quia inquā etiā istō te fateri credo .oēs qui ante annū sepultus est: esse mortuū. Non negabat. Quid oīs qui ante annū sepultus nō est viuit? Nō ait sequit. Er/go inquā nō sequit vt si oīs q̄ eget mi/ser est:omnis q̄ nō eget sit beat⁹. Quam/uis inter miserū et beatū vt inter viuum ⁊ mortuū mediū nihil inueniri q̄at. Qō cū aliqui eorū paulo tardius intellexis/sent:me id quib⁹ potui ꝓbis ad eorū sen/sum accōmodatis apiente atq̄ ꝓsante.q̄ inquā miserū esse omnē q̄ egeat dubitat nemo.nec nos terrēt quedā sapiētiū cor/pori necessaria. Non enī eis eget ipe ani/mus in q̄ posita est vita beata. Ipe enī⁹ pfectus est.nullus aūt pfectus aliq̄ eget. ⁊ qō videt corpi necessariū sumet:si affu/erit:si nō affuerit:nō eū istaꝫ rex franget inopia. Omnis nāq̄ sapiēs fortis ē:nul/lus autē fortis aliq̄d metuit. Nō igitur metuit sapiēs:aut mortē corpis:aut do/lores:quib⁹ pellēdis vl̄ vitandis vl̄ dis/ferendis sunt necessaria illa.quoꝝ ei pōt cōtingere inopia. Sed tamē non desinit eis bene vti si ipa nō desunt. Uerissima est enī illa sentētia. Nā tu qō vitare pos/sis stultū admittere ē. Uitabit ergo mor/tē ac dolorē quantū potest et quātū de/cet.ne si minime vitauerit:ñ ex eo miser sit:q̄ hec accidūt.sed quia vitare cū pos/set nolnit:qō manifestū stulticie signū ē. Erit ergo ista nō vitās:nō earū rex per/pessiōe:sed stulticia miser. Si autē non valuerit vitare:cum id sedulo ac decēter egerit:nō eum ista irreuerētia miseꝝ faci/ent. Eteni et illa eiusdē comici sententia nō minus vera est.quoniā nō ꝓt id fieri quod vis:id velis qō possis. Quomo/do erit miser:cui nihil accidit ꝓter volū/tatem. Quia qō sibi videt nō posse pue/nire:nō potest velle. Habet enī rerū cer/tissimarū voluntatez.id est vt q̄cq̄d agit non agat:nisi ex virtutis quodā ꝓcepto ⁊ diuia lege sapiētie:que nullo ab eo pa/cto eripi possunt. Jā nunc videte:vtrū⁹ etiā omnis q̄ miser est egeat. Nam huic sentētie cōcedende difficultatē illa res fa/cit.quod multi in magna fortuitaꝝ rerū copia cōstituti sunt.quib⁹ in facilia sūt omnia:vt ad coꝝ nutū ꝓsto sit quicquid cupiditas poscit. Difficilis quidem ista vita est. Sed fingamus aliquem talem qualem tulli⁹ fuisse dicit Oratā. Quis

mitas bui⁹ rei q̄ tractat̄ exupat oēz intelle
ctū. q̄nto q̄ppe magis omnē creaturā in
gressus conor eā diligēti intuitu ꝓtēpla
ri: tāto magis sentio eā ab aspectu intelle/
ctus mei elōgari. Operā tamē dabo inq̄
sitōni vr̄e ꝓ modulo meo satisfacere. put
ip̄e de q̄ agimus dignabit notitiā sui de
siderāti aie innotescere. Vos autē vbi vi
res p̄dere tāte eminētie p̄sse succūbūt:
optet fragilitati ignoscere. Fratres. Nos
q̄nto diligenti⁹ bui⁹ rei ꝓpendim⁹ alti/
tudinē: tāto ardenti⁹ optamus eā nobis
vtcūcz fieri cognoscibilē: et ei⁹ qualicū/
cz modo intueri pulcritudinē: z iō libē/
ti animo tibi ignoscim⁹: si ea q̄ vbis non
vales saltē nutibꝫ explices. Dgr̄. Sciē
dū igit̄ deū null' vbis exp̄mi: nulla posse
cogitatōe ꝓphēdi. Quō enī īmēsus z in
cōprehēsibil' p̄dicaret: si hūane locutōni
vel meditatiōi includeret: nūc autē patz
q̄ sit admirabil': cū omnibꝫ linguis sit i/
edicibilis: omnibꝫ cordibꝫ sit incogitabi
lis. Dialetica nācz disserēdi potēs: potē
ter quecz dubia diffinitēs: cūctas scptu/
ras euibrans et euiscerās: cunctā hūa/
nā scientiā annihilās: cū diuinitatē intē
dit. tāte maiestatis luce repcussa: panidū
caput tremefacta reflectit: atcz ī abdita
mūdane sapiētie fugiēs ōlitescit: dissolu
tis sillogismoz nexibꝫ stultra obmutescit
Hēpe noīe z vbo cūcta exp̄mūt q̄ sō de/
cē p̄dicamētis hūano corde ꝓcipiuntur
Sed ꝙ ex his nullū p̄pe deo conueniat
manifeste rō ꝓbat. Nā si dixerimus

q̄ de⁹ substãtia sit q̄ omnib⁹ sb̄sistere tri
buat: ꝛ p quã oẽs res esse habẽt: mox v/
niuersalia ꝛ idiuidua de q̄b⁹ substãtia p/
dicãt genera ꝛ spẽs in q̄b⁹ ꝑsare. sil' ꝛ no
uẽ accidẽtia q̄ ei necessario inherẽt: anĩo
occurrũt: q̄ cũcta liq̄nt: qꝫ mime ĩ deũ cõ
currũt. Si p̄dicem⁹ q̄ de⁹ ipa magnitu
do existat: q̄ oĩa ĩ mẽsura ꝛ nũero ꝛ põde
re disponat. ptin⁹ paruitas huic q̄titã/
ti se opponit: ꝛ sua exiguitate qđ ẽ super
oĩa maximũ ꝺminuit. Quẽ si ipaꝫ boni
tatẽ vl' sũmũ bonũ noĩem⁹: q̄ cũcta val/
de bona facit. stati malũ huic q̄litati ꝺri
um obuiat: ꝛ tãto bono se opponere nõ
trepidat. Oꝛ si creatoꝛ vl' dñs p̄dicetur
qđ vtrũq̄ ad aliq̄d. s. referẽ. ꝺfectũ rela
tio se opponit añ mũdi ꝺstitutõnez eũ ꝫ
vocabulo caruisse: et ꝫ relatiuũ ex mũdi
creatõe ei accidisse: cũ ratõ astruat nihil
deo accidẽtale: sꝫ totũ qđ p̄dicãt de eo ei
esse eẽntiale. Poꝛro si vbiq̄ tot⁹ esse di/
cãt: ꝛ sil' cũcta replere loca dicãt: mox lo
calitas clãdestine irrepẽs illũ loco ĩclu/
dit q̄ cũcta pugillo ĩcludit. Si aũt sẽpit
n⁹ p̄dicẽt: ꝛ cũcta tpa disponere affirmẽt
ꝺtinuo p̄terito p̄sens: futuꝫ pñti succede
re festiat. et initiũ atq̄ finẽ eẽnitati ascri/
bere nõ formidat. Si ꝙ dicãt q̄ oĩa pos
sideat. ꝛ amict⁹ lumĩe sic̄ vestimẽto ꝛfulgeat: stati ꝫ habitu cogitatio eũ ꝑuat dũ
amictũ luc̄ vl' possessiõz reꝛ ab eo sepat
Oꝛ si sp p̄sens adesse testãt: ꝺfesti sit⁹ stã
di vl' sedẽdi imaginãt. Si ꝙ vniuersa
regere referãt: act⁹ laboꝛis etnã req̄es ã/
nullare conãt. Poꝛro si affirmẽt patiens
mala nr̃a sufferẽs: ilico passio se ĩgerit: et
ĩpassibilẽ pati ꝺtẽdit. Dis q̄ppe decem
cũcta hũana ꝺditio ĩcludit. ꝛ ab his oĩ/
bus p̄petas sũme eẽntie euidẽti rõe ex/
cludit. Cũcta et enĩ q̄ vl' oppositõez vel
ꝺtrietatẽ vl' accidẽs suscipiũt: nulla rõne
deo p̄pe ꝺueniũt. Igit rõe repugnte ni/
hil de deo p̄pe loq̄ valem⁹: tñ saltẽ ipoꝛ
pe ꝛ p enigmata ꝺ eo loq̄ satagim⁹. Frẽs
Euidẽs rõ q̄dẽ docꝫ deũ hũanis ꝙbis ĩ
edocibilẽ: sꝫ ĩtellectual' mẽs ihiant' desi/
derat eũ sibi vtrũq̄ fieri cognoscibilẽ. q̄
mẽs istar specl'i aĩe videt. ĩ q̄ ipsa imagi
nẽ sui creatoꝛs ꝺtẽplet. Dgr. Uniuersa
q̄ in reb⁹ creat⁹ noĩm⁹: p coꝛpeos sẽsus
ꝺgscim⁹. Et ea q̄dẽ q̄ n⁹ visu n⁹ expiẽtia
didicim⁹: p ꝙpatões visoꝫ vl' exptoꝫ di
scim⁹: vt q̄ ꝺ bestijs vl' ignotꝫ boib⁹ legi
m⁹. Que aũt nob⁹ penit⁹ icognita p ꝙpa
tões notas nõ significãt: nũq̄ꝫ p̄sus sci
entie nr̃e notificãt. Et iõ qꝫ spũalia nob⁹
sũt iuisibilia atq̄ coꝛpeis sẽsib⁹ icõpabi/
lia nũq̄ꝫ erũt aliq̄ rõne nob⁹ ꝓbabilia. Oꝛ
ꝙo hec ꝺstat eẽ si p sil'ia edoceri nequnt:
fidẽ tm̃ credentiũ exigũt. Frẽs. Quero
argumẽtꝫ ꝓbat q̄q̄ ĩ ꝙpatõe deficiat ne
cesse ẽ vt rõnal' q̄sq̄ credere ñ r̃nuat. Tu
tñ pfer: q̄d de spiritib⁹ sciẽdũ rõ innuat.
Dgr. Sex modis ĩ scꝑturꝫ spũs subꝭ
stãtial' ꝛ dici: ñ nescio a vob⁹ sciri. Primo
sũm⁹ oĩm de⁹ spũs appellat: vt ibi. Spi
rit⁹ est de⁹: ꝛ q̄ adoꝛãt eũ ĩ spũ opteꝫ ado
rare. Scõo ãgeli spũs dicũt: vt ibi. Qui
facit ãgelos suos spũs. Tercio aĩe spũs
nũcupãt: vt ibi. Exibit spũs eius ꝛ ad ca
reuertet ĩ terrã. Quarto vita bꝛutoꝫ aĩa
liũ spũs vocat. vt ibi. Quis scit si spũs
iumẽtoꝫ descẽdat ꝺꝛsũ. Quito vẽti di
cũt spũs. vt ibi. Spũs pcellaꝫ. Sexto
ꝫ aer scribit spũs. vt ibi. Os meũ appui:
ꝛ attraxi spm̃. Quoꝫ diffinitõ talẽ. Aer
est spũs sẽsibil': quẽ nos attrahẽdo senti
m⁹. ipenibil sẽtiẽs cũctꝫ tñ sb̄ celo viuẽ/
tib⁹ spiramẽ exhibẽs. Uẽt⁹ spũs ẽ aer di
nutu aliq̄ mõ agitat⁹ pcell' aq̄ augmẽ/
tat⁹. p ãgelica misteria excitat⁹: p cades
trãq̄llat⁹. Uita bꝛutoꝫ aĩaliũ ẽ spũs vi/
tal' ꝺstãs de aere ꝛ sãguĩe aĩal': inisibil': sꝫ
sẽsibil': mẽoꝛiã habẽs: ĩtellectu carẽs: cũ
carne moꝛiẽs: ĩ aera euanescẽs. Aĩa vero
spũs ẽ suba ĩcoꝛpea: coꝛpis sui vita: iui/
sibil': sẽsibil': mutabil': illocal': passibil'. n⁹
q̄titate mẽsure: n⁹ q̄litate foꝛme vl' colo
ris susceptibil': mẽoꝛial': rõnal': ĩtellectua
lis: imoꝛtal'. Et ne vacillet diffinitio: rõ
cãꝫ pbatõis roboꝛet. Aĩa ẽ spũal' suba.
Dẽ ei qđ alij vitã sb̄mistrat: ipm ẽ neces
se vt subsistat. sꝫ aniã coꝛpi vitã tribuit.
igit aĩa realit' subsistit. Dãc ꝙo vitã esse
ipamet ꝓbat dũ p̄ntia sua coꝛp⁹ viuifi/
cat. absẽtia sua idẽ moꝛtificat. Dec nob
q̄dẽ ẽ iuisibil'. sꝫ spiritib⁹ ẽ visibil'. Dant
eẽ sẽsibilẽ ꝺstat: dũ ocul' coloꝛes: auribꝰ

sonos:naribꝫ odores:palato sapores:ma
nibꝫ aspa vl leuia sentire ꝓstat. Est g̃ mu
tabil. Nō enī qđ melioraſ et peioraſ mu
tabile ē. sz aīa vicijs peioraſ. ꝥutibꝰ me
lioraſ:igiſ mutabil ē. Est etiā illocalis.
Nulle enī qđ loco ī cludiſ:altitudīe:lati
tudīe:lōgitudīe aeris circūscribiſ:corpꝰ
est. Sz rō docuit aīaz ī corporeā eē. i. nec
corpꝰ nec aliqđ mēbꝝ hr̃e. igiſ ꝓstat eaz
eē illocalē. nō enī spaciū aer̃ vt corpꝰ oc
cupat. nec corpus vt aq̃ vtrē ī plet. sed vt
calor toto igni illocaliſ ī est. ita aīa totū
corpꝰ illocaliſ implet. Ignis q̃dē ē visi
bil:sz calor inuisibil z sensibil z qđāmo
do ignē viuificās:ita aīa ī uisibil sz sēsi
bil visibile corpꝰ q̃dā occulta vi sensifi
cat z viuificat. Nec ē q̃z passibil. Nulle
enī qđ meroze afficiſ passibile ē. sz aīa
dū sue volūtatis ꝓpos nō efficiſ. doloze
mestīcie afficiſ:igiſ passibil esse ꝓuincit.
Ab hac q̃ntitas excludiſ:dū nec altitu
dīez latitudīe aut lōgitudīe metiſ. nec sex
circūstātias. s. añ z r̃ro:dexter z sinistrū:
sursū z deorsū se ī cludere patiſ. Qualitaſ
etiā forme vl coloris ab hac secerniſ:dū
nulla forma vl hūani corpis vl vlli⁹ co
lozate rei illi aſcribiſ. Nec ē mēozialis qz
ꝑterita recolit. Est etiā rōnal:qz ꝑsentia
discernit. Est intellectual:qz futura ī tel
ligit. Hāc īmoztalē hinc eē ꝓstat q mēo
rīā sui apd posteros pennis durare labo
rat. Angelꝰ aūt spūs ē substātia ī corpea
inuisibil:sensibil:rōnal:intellectual:īmoz
tal:bonoz lucida z ī passibil:maloz te
tra z passibil. Sz videdū vtz aliq̃ sub
stātia talis in rebꝰ creatis esse credaſ:cū a no
bis mīme videaſ. Angelos eē ipa inseſi
bilia pbāt:q̃ tā certā sui motꝰ legē obser
uāt. Nulle q̃ppe qđ moueſ: aut motuz a
se habz aut aliūde. Sz oē qđ motuz a se
habz ē sensibile vt aīa:qđ aliūde ī sensibi
le vt corpꝰ. Oz si sol luna z sidera p se mo
ueſ:sensu vl rōe vigere videnſ:q̃ tā certa
tpa tā certa celi spacia custodiūt. z qđā
modo suū ītellectū huic mūdo lumīe vel
signis īnuūt. Sz q̃ ea rōnabilia vl saltē
sēsibilia corpa arbitrāſ: iure sēsu carētes
inſ irrōnabilia ꝓputanſ. Cū aūt ꝑ sint
corpa visibilia:sz motu carētia. vtputa ī
sensibilia:z tñ moueanſ:cōstat ꝓfecto q
aliūde moueſ. Restat igiſ ea p angelica
misteria moueri. sil'r vētos pluuias gn
dines fulgura tonitrua tēpestates auraſ
iussu dei p illos regi. Qui dubitat: et ea
sensibilia putat. hūc rō stultū cū insensi
bilibꝰ pbat. Benta q̃z aīalia visibꝰ huma
nis p illos obsecūdare vl aduersari q̃ nō
credūt:aut illa rōnalē p intellectū hoc face
re credūt:lōge a rōe recedūt. Sz z cūcta
q̃ in rebꝰ īsensibilibꝰ vl creaturis sensibili
bus gerūſ p illos administrari. q̃ ambigit
m'tū a luce ꝥitaſ ꝺsipit. Igiſ ꝓstat āge
los ꝑfectos esse: z cūcta nob patētia nosse. sz ꝑ
differt inſ illoz z nr̃az sciaz:qm ipi omnes
cās rez añq̃ eueniāt ꝑsciūt. nos aūt vix
z cū magno laboze īuestigam⁹ eas: post
q̃ res in actu ꝓstāt. Porro sūmꝰ spūs si
cut a nullo intellectu valet ꝑfecte cogita
ri: ita nulla diffinitiōe poterit ꝑfecte deter
minari. Sed qz intellectual mens cum
vtrūq̃ agnoscere anhelat: hec enigmati
ca diffinitio ei interī sufficiat. Deꝰ spūs
ē essentia inuisibil:omnī create īcōprehē
sibil:totā vitā:totā sapiētiā: totā etnita
tē simul essential z possidens. vl ipa vita
ipa sapia:ipa ꝥitas:ipa iusticia. ipa eter
nitas existēs: omnē creaturā instar pūcti
in se ꝓtinēs. Si aūt aliqs īsipiēs tm ꝺsi
piat vt deū eē diffidat: hūc solū ꝑfecte eē et
alia oīa ab ipo hr̃e esse hac rōe colligat.
Quis suba aut p se subsistit. aut p aliꝺ. sz
hūc mūdū ñ subsistere q̃ ꝓtēdit: ꝑ fatuꝰ
ī nihilū tēdit. Mūdū aūt nō p se subsiste
re ꝓstat: dū eū rō cepisse doceat. ꝓtibꝰ enī
ꝓstat. Nē aūt qđ ꝓiūgiſ vl in ꝑtes resol
uiſ: ab aliq̃ vtiq̃ ꝓiūctōez vl resolutiōez
patiſ. Mundꝰ g̃ nō p se subsistit. z ideo
seq̃ſ q creatura sit. Creatura autē ad ali
q̃d. s. ad creatorē referſ. Solus ergo cre
ator p seipm z ī seipo existit. oīs aūt crea
tura p ipm subsistit. Si enī ab alio esse
habz: tūc deo maiꝰ ē a q̃ ꝑ habz: qđ deo
incōueniēs ē. Et cū nihil p̃ter creatorez
z creaturā existat: si deꝰ p seipm nō habz
eē: necessitate ꝓseq̃ſ vt p creaturā existat.
qđ incōueniētissimū est. Amplius. Sub
stantia mūdi in diuersa genera z in diffe
rētes spēs diuidiſ. et in his singul' bonū

inuenit. Oīne enī vtile bonū. vniuersa q̄ppe vtilia ꝓsiderāt: t ideo singula bōa ꝓbāt. Oīne aūt bonū aut p se bonū est: aut p aliō. Sz diuersa bona pticipatõne vni⁹ boni bona esse necesse ē. Diuersitas q̄ppe recipit mai⁹ t min⁹. Nā q̄tuz ad gen⁹ lapis ē min⁹ bonū: q̄ tm̄ ē t non viuit: lignū mai⁹ bonū: qđ crescēdo viuit. equ⁹ illo meli⁹: q̄ viuit t sentit. hō illo pstāti⁹ q̄ viuit sentit t rōne discernit. Restat igit̄ his maxime et sūmū bonuz: de q̄ oīb⁹ inferioribus ꝓfluat bonū. Et q̄ bonū de⁹ ē: de q̄ q̄si de fonte cūcta bona pfluūt: t in eūdē cūcta refluūt. Hic sol⁹ ve est: t iō vitas ē. Oīne enī qđ ē: vez ē. Qđ vez nō ē: falsum ē. Sz de⁹ ve ē: igitur vitaſ ē. Creatura aūt ei collata: q̄si n̄ est. et idcirco q̄si falsitas ad vitatē ē. Dē enī qđ ex nihilo esse cepit: i nihilū redigi poterit. sz oīs creatura ex nihilo a deo producta: ad aliq̄d esse ē ꝓducta. igit̄ si ei cōparat nihil esse ꝓbat. Nulla g̃ mēs deuz esse dubitat: p quē alia cūcta eē ꝓsiderat. Dui⁹ essentia est vita. Oīne enī qđ est: aut viuit: aut vita caret. Oīne aūt qđ viuit: aut p se viuit: aut p aliō. Sz deus p seipm t i seipo viuit: t alijs oīb⁹ viuere tribuit: igit̄ vera ē vita t vitaſ vita. Seipm q̄z et totā facturā suā sapit t itelligit: cui nihil aliō ē sape q̄tū viuere et esse. Igit̄ sapiētia ē. Seipm etiā t oēm creaturā diligit: qz iustū ē. t hāc iusticiā nō aliūde accipit: igit̄ iusticia t dilectio existit. Initio et fine caret: ꝑteritū t futurū nō habz. Igit̄ eternitas ē. Cū itaq̄ ratō deū vaciter esse ꝓbauerit: et hūc vitā: sapientiā: vitatē: iusticiā: et eternitatē veris assertoribus essentialiter esse docuerit: restat nūc vt ad hūc quoq̄ videndū aliquā fenestrā apiat: p quā mens quosdaz grad⁹ scandens pspiciat: q̄ten⁹ regē glorie in decore suo videre ꝑualeat. Pedetētim autē ratio p corpalia gradiaſ: ne ifirmus intellect⁹ p ardua nitēs difficultate ꝓfract⁹ relabaſ. In ꝓmis igit̄ hūc corporeū solē mēte ꝓsiderem⁹. cui⁹ claritudine totū orbē illuminari videm⁹. Post hūc solē milia miliū angelorz deo mīstrātiuz attendam⁹: quos singulos rōe mōstrante septies: imo cēties sole splēdidiores scīamus. Nam hic sol est mīster mūdi: angeli autē tēpla dei. Quantū ergo differt templū dei a seruo mūdi: tāto differt claritas angelorū a claritate solis. Deinde decies milies cētena milia sublimiū angelorū deo astātiū ꝓpēdam⁹: q̄s singl'os cēties imo milies p̄e sole clariores pfecto noscamus. Sic enī luna stellas: sol lunā in claritate excellere cernit. sic q̄libz supi or ordo angelorz inferiorē ab angel' vsq̄ ad seraphin: glia: dignitate: claritate p̄cellere credit. Post hos innumerabilia milia sanctarz animarz inspiciam⁹: quas singulas lōge sole lucidiores: angel'be titudine et claritate coeq̄ndas nō dubitamus. Tot et tātis lumīb⁹ cōsideratis singulorz etiā magnitudinē ꝓtēplemur. quaten⁹ ad id qđ ītueri anhelam⁹ facilius subleuemur. Cogitem⁹ itaq̄ animā splēdidū ignē. cui⁹ mīma scintilla ratōe instruēte vincat hūc solē. Dē enī qđ ab alio includit min⁹ eo qđ se ēcludit ēnecessitate ꝓuincit. Sed cogitatio anie q̄ ei⁹ est scintilla: nō solū hūc solē sz t totū mūdi ambitū breui spacio includit: t totus orbis eā mīme circūscribit. Igit̄ cō stat q̄ anam toto mūdo lōge maiorē fore. Angeli autē sicut ab anima obtinuere. ita etiā differūt magnitudie. Hic nemo magnitudinē corpalis q̄ntitatis intelligat. sz illā poti⁹ intellectualē q̄ hunc mundū corporeū t cūcta in eo corpa ad paruitatē redigat. Hinc iā mens se in alta eleuet: cor suum q̄tū p̄t dilatet: totas luces inestimabili claritate: incomparabili magnitudie respledētes sub se pspiciat. sup se vo q̄ndā admirabilē lucē q̄ omniū illaz luciū lux sit intēdat: q̄ sic super tot t tātas luces lōge refulgeat: sic sol super oēs stellas lucet. Cui⁹ luc⁹ ineffabiles magnitudinē t admirabilē pulcritudinē ille tot et tāte luces iugiter admirent t in cui⁹ affluētissimā dulcedinē indefesse pspicere delectent. Hec pfecto est lux inaccessibil': quā inhabitat essentia dei solis mūdis cordib⁹ visibilis. Nullus hic cogitet luce deū q̄si tabernaculo hominez circūdatuz: q̄si aliud sit deus qui lucem

inhabitet:et aliud lux quā inhabitat:sz
poti⁹ illā lucē essētiā dei sciat:i q̄ vniuer
sa bona simul locata sciat. Hec ē lux que
angelos vel aīas ī celis sua visiōe satiat.
hec ē q̄ mūdicordes p ꝓtēplatōez illumi
nat.hec est q̄ solis lucernā ī mūdo ꝓmo/
rātib⁹ vt cādele lumē ī carcere positis p/
stitit.q̄ de tenebris ad lucez.de morte ad
vitā.de exilio ad patriā remeare possint
Ergo in oꝛōe taliter mens nr̄a deū me/
diteť.talit intētio nr̄a imaginē ei⁹ ꝓtem
pleť.s.talē lucē q̄ sic sup solē vt sol sup cā
delā resplēdeat.imo talē q̄ sic sup īnume
ra angeloꝛ ꝛ aīaꝛ milia p̄ sole cēties splē
dida.vt sol sup sidera refulgeat. Hō mť
tū q̄ppe a ꝟitate aberrat:q̄ talē dei ima/
ginē añ ocťos coꝛdis ī oꝛōe ꝟsat. Hec p̄
sens visio dei facie ad faciē regnū celoꝛ
vocať.qz extra ß coꝛpoꝛeū celū: imo ex/
tra omnē locū:angeli ꝛ iusti q̄ celi noīanť
hac visiōe fruunť. Idcirco etiā q̄uis de
us in omnib⁹ creaturis cēntiaťz mane/
re credať.p̄p̄e in celis vťin iustis habita
re p̄dicať:qz ipi inhabitatōem ei⁹ fruen/
do sentiūt:ꝛ eū omnib⁹ reb⁹ ī esse gauden
tes ꝓspiciūt:quē sibi mūme adesse ꝓgno
scūt q̄ terrena diligūt. Sicut enī videns
ꝛ cecus ī sole stātes: vidēs claritate solis
vidēdo fruiť:cec⁹ lumīe ei⁹ ꝑuať.ꝛ q̄uis
p̄sentia solis vtriq̄ eq̄ adsit:tñ ei⁹ p̄senti
am nō eq̄liť vterq̄ sentit. sic de⁹ hos tm̄
inhabitare dicit q̄ ei⁹ p̄sentia facie ad fa
cie vidēdo.vt angeli:aut p cōtēplatōnez
vt iusti ī hac vita fruunť. In his aūt ñ
esse dicit q̄ ei⁹ visiōe ꝑuanť. Uñ ꝛ intra
nos regnū celoꝛ esse p̄dicať. qz visio dei
oīpotētis:q̄ regnū celoꝛ.i .iustoꝛ noīať
in angeliꝛ ꝛ iustiꝛ cōtemplať. Hec etiā vita
eterna appellať.qz beati p̄sentia indefici
entis vite:plene pfruunť:et nūq̄ nᶜ moꝛ
ti nec vllis doloꝛib⁹ mīstiꝛ moꝛtis subia
cere ꝑmittūť. Ad ß nāq̄ creati sūt vt eter
naliť viuant. ꝛ etnā vitā etne aspiciant.
Hec q̄z celestis ciuitas nūcupaťz:qz vna
nimitas illoꝛ ciuiū ad vidēdū regē gl'ie
in decoꝛe suo cōgregať. Hec nihilomi/
nus hierťm cognominať.qz visiōe semp
manētis pacis satiať. Hec padisus voci
tať.qz omimoda oīm deliciaꝛ abūdātia
locūdať. Hec quoq̄ supna patria noīa
tur.qz omnes iusti hāc visiōez:vtputa fi
lij dei hereditare nō dubitāť. Cū g̃ sctōs
in oꝛōe inuocatis:sic optz de eis cogita/
re cōstitutis ī gl'ia etne claritatis.s.splen
didissima lumīa lōge p̄ solis fulgoꝛe lu/
cētia:q̄ oīa bona pleniter ī dei visiōe ha
beāt:et cūctis se inuocātib⁹ potēteꝛ sub/
ueniāt. Fratres. Sol eternꝰ ad quē vi/
dendū nos tua dulcť oꝛō ꝑduxit.ꝛ cuius
serena lux in coꝛdib⁹ nr̄is p tua ꝟba illu
xit.ipe te de tenebris exēptū ī lucť regiōe
ꝓstituat:ꝛ inter luces q̄s p̄dicas te lucē/
tem luce sue visiōis penniter frui tribuat
Ags. Si q̄d p me ꝑbabile pferť: nolo
vt inde mihi sz deo cui⁹ donū ē gr̄a refe
rať.q̄ sepe p abiectos suos ad hereditā/
tē sue visiōis filios suos ꝓuocat.ꝛ p hoꝰ/
stes de exilio ad patriā iter salutis amí/
cis p̄notat. Et bene nostis aliquē defoꝛ/
mē foꝛmoso speculū.imo cecū videntibus
lumē tenuisse. ac claudū sanis gressu viā
ostendisse. Fratres. Nos q̄z ꝑpť ea q̄ au
diuimus penni deo gr̄tes referim⁹.cuius
visio p te nobis inotuit: et q̄ talē thesau
rū carnalib⁹ abscōditū p te nobis ꝓtulit
Sed qz pōdus carnis aīam agḡuat. ec
ce iteꝛ carnalť cogitatio mētē diuina cō/
templātē pulsat. Cū enī supi⁹ rō vnum
deū verissime esse demōstrauerit.ꝛ ipsuz
solū cūcta ex nihilo fecisse ꝑbauerit:quō
q̄si tres deos adoꝛare docemur: dū pr̄eꝛ
pfectū deū:filiū pfectū deū:spm̄ sanctuz
pfectū deū ꝓfiteri monemur? Dū enī sub
distincte tres psone distinguūť: q̄d aliud
q̄z tres dij a nobis intelligūť. Ags. In
ipa ꝟitate se demōstrāte et rōne ꝑhante
citius videbitis necessariā ī vna essentia
psonaꝛ trinitatē: itē p omnia necessaria ī
trib⁹ psonis idiuidue subesse vnitatē. Cū
iam supius enigmatice de deo loq̄ter:qz
nō poterā p̄p̄e:q̄d diri essentiā dei esseť
Fratres. Lucē. Ags. De luce q̄d gigni
tur. Fratres. Splendoꝛ. Ags. Quid ī
luce ꝛ splēdoꝛe simul cōsideraťz Fratres
Caloꝛ. Magister. Num in substātia lu
cis spēdoꝛis:ꝛ caloꝛis inueniť diuersitaſ
Fratres Nō:sz idētitas. Magister. Nū
in vocabulť vť officijs p̄dicať idētitas:

p

De cognitõe vere vite

Fratres. Minime: sz diuersitas. Nã lucis vocabulũ ipaz substãtiã: splẽdoꝛ vocabulũ lucꝭ gꝛaz: caloꝛis vocabulũ videtur exp̃mere lucꝭ efficaciam. Mgr. Igit ptz tria vocabula diuersa vnã ꝓstare idiuiduã essentiã. Fratres. Per oĩa patet Mgr. Sũmũ spiritũ pr̃em lucẽ appellari babetꝭ in apl'o. Deꝰ lux ẽ: z ĩ eo tenebꝛe nõ sunt vlle. Summũ q̃z spiritũ filium splẽdoꝛẽ appellari babetꝭ ĩ alio. Qui est splẽdoꝛ substãtie eius. Sũmũ nihilominꝰ spm̃sctm̃ caloꝛẽ nũcupari apõ moysen. Deus noster ignis ẽ. Cũ itaq̃ lux splẽdoꝛ caloꝛ sit vna natura z indiuidua substãtia: vocabula ꝥo diuersa: ꝓstat pfecto patris et filꝫ z spũsctꝰ vnã naturaz indiuiduãq̃ essentiã eẽ: dũ ĩ eo qõ significat q̃d sit: substãtialit spũs noiat. z itez ĩ psonis diuersitatẽ necessariã: dũ pr̃ gignens: filiꝰ nascẽs: spũsctus ab vtroq̃ pcedẽs p̃dicat. Frẽs. Plane trinitatẽ in psonis pspicue videmꝰ: et necessariaz in substãtia vnitatẽ euidẽter tenemꝰ. Magister. Jõ vigilãtissime hec duo noĩa. s. substãtia et psona diuĩe essentie coaptãt: qz sp substãtia ỽ indiuiduis ĩ plitate cõsistentib⁹: psona aũt de indiuidua rõnali natura p̃dicat: cũ nos soleamꝰ psonis pluralitatẽ: substãtie aũt designare eẽntie vnitatẽ. Fratres. Qua silitudine vocatur eterna lux pater? Mgr. Quia ex se plem genuit eq̃lẽ. Frẽs. Nõne sibi magis matris nomẽ ꝓuẽire videret? Mgr. In patre est sp principal causa plis. et iõ a pncipali seru debuit iure ℔ noĩe appellari. Frẽs. Qua silitudie dicit gignẽs? Magister. Certũ ẽ q̃ mẽs gignit cogitatõz. cũ aũt mẽs seip̃az cogitat: q̃si aliã sibi similẽ generat. Sic sũmꝰ deꝰ cũ seip̃m tale q̃lis est cogitauit: pculdubio silem sibi p omnia imaginẽ genauit. Et sic gignẽs iure pr̃ vocat. ita rectissime genitus filiꝰ noiat. Frẽs. Si deꝰ filiũ genuit: videt aliq̃n fuisse q̃ filiũ nõ habuit: et hoc nomẽ er accidẽti possederit. Qꝛ si ℔ ita ẽ supioꝛ platio labefactat. q̃ deo nihil accidẽtale: sz totũ essentiale p̃dicabat. Mgr. Jã docuit rõ ỽi eẽntiã eẽ etnã vitã: initũ z finis nesciã. q̃ si b̃ singl'aꝛ ꝥa vita abs q̃ initio sp fuit: ꝓstat q̃ z abs q̃ initio sp se viuere itellexit. Qꝛ si se viuere nõ itellexit: sapiẽs nõ fuit. qõ ẽ nephas ỽ deo dicere. Qꝛ si aliq̃n sapiaz aliũde accepit q̃ pꝰ caruit: tũc id a q̃ tãtũ bonũ accepit: deo meliꝰ extitit: qõ absurdissimũ ẽ. Sz si sempitna vita sp se viuere itellexit. hec intelligẽtie sapia nõ aliũde ei accidit: sz sp ei coessentiale fuit. quãq̃ hãc ex se vr̃ lẽ suã ineffabilꝫ genuerit. igit pr̃ nunq̃ sine filio extitit. Frẽs. Qua silitudie spiẽdoꝛ etne lucis filiꝰ vocat: nõ filia? Mgr. Quia p oĩa silitudo pr̃is ĩ eo exp̃mitur: vñ et silitudo eiꝰ dicit. Nihil enĩ ĩ rebus creatis ad integꝝ eiꝰ silitudinẽ fuat a q̃ nascit. Capilli nãq̃ a capite nati sũt capiti dissil'es. poma ab arboꝛibꝰ nata sunt illis dissil'ia: lana dissil'is ouibꝰ. Fetꝰ aialiũ vel ipi filꝫ boĩm nõ p oĩa sil'es q̃lita genitoꝛ. Dic aũt p oĩa gignẽti ẽ simillimꝰ: z iõ ꝥissime nõ filia sz filius vocat. Frẽs. Qua aũt habitudie filiꝰ ꝥbũ vocat? Mgr. Triplicit ꝥbũ itelligit. Uerbi gꝛa. Cũ ℔ ꝥbũ bõ: bõ pfert oꝛ: aut cũ idẽ ꝥbũ bõ absq̃ motu lingue ĩ coꝛde suo formaꝛ. aut cũ res ipa quã signat illõ ꝥbũ q̃lis sit intellectu cogitat. Poctercõ mõ deus ꝥbũ suũ genuit: cũ seip̃m cogitãdo dixit. Et qz totã mũdi formã eadẽ cogitatõe creauit: iõ ỽ q̃ oĩa in ꝥbo suo fecerit. Uñ z de creatõe mũdi legit. Ipe dixit et facta sũt. Nihil enĩ aliỽ ẽ filiꝰ vel ꝥbũ dei q̃ cogitatio vl' ars vl' sapia eiꝰ. Nepe cũ nos aliquã rẽ cogitamꝰ ipius rei imaginẽ ĩ cogitatione nr̃a formamꝰ, sic deꝰ cũ seip̃m cogitauit: silez sui p oĩa imaginẽ formauit. z iõ ℔ ꝥbũ imago vl' silitudo ỽr dei. sz nihil aliỽ nisi eadẽ eẽntia exp̃mit. Uñ et ℔ ꝥbũ dicit q̃si ꝥbotia exp̃mit. Fratres. Quare ỽr. omne q̃ factũ ẽ in ipo vita erat? Nũ lapides q̃ stolidi sunt in ꝥbo dei viuũt? Mgr. Oĩa creata triphariẽ subsistere dicit. In deo: i seip̃a: in nobis. In deo vita ĩmutabilit. in seipsa substãtia ꝛmutabil'. ĩ nob silitudo rerum imaginabil'. Verbi gꝛa. Lapis in seipso ẽ substãtia mutabil': qz ĩ calcẽ ꝛmutabil'. In nostra cogitatõne similitudo lapidis. In arte dei scientia interminabilis: vita

durabil'. Cū enī artifex domū facere cogitat: iā dom⁹ i ipa arte viuit: quā postmodū man⁹ edificat. Sz illa quā man⁹ erigit corruet. illa vo q̄ i arte viuit pmanet. Nil ąppe aliō ē ars q̄z aīa. z aīa nil aliō q̄z ars ei⁹: z ars ei⁹ nihil aliō ē q̄z ipsa vita. Sic ꝟbuz dei nihil aliō ē q̄z ars ei⁹. z ars nihil aliō est q̄z ipa vita. z i hac cūcta īmutabilia pmanebūt: q̄ i substantia sui mutabilia deficiūt. Frēs. Cū eui dens rō idē ꝟbū cū pre et spūsctō vnam z īdiuiduā substātiā ierpugnabil' ꝓbauerit: quō solū icarnari potuit: Si ei a pris et spūsctī eēntia est sepatū z singulariť humanatū: ꝓstat pfecto q̄ pris z filij et spūsctī substātia nō ē indiuidua. q̄ potuit pati sepatōnis discrimīa. Ogf. Sic sempiterna ꝟt⁹ diuinitat' p ea q̄ facta ꝓspiciunť pt itelligi. sic ħ pfundū miste riū et occultū p ea q̄ i nobis gerūť rōe p scrutāte poterit ispici. Notū est ei q̄ humana mēs verbū ꝓmūis locutōnis ex se cogitādo gignit: z idē verbū i mēte z in memoria sil' vna eēntia existit. Cū vero mens verbū suū alīs īnotescere cupit: cū eadē cogitatōe q̄ nihil aliō ē q̄z verbū suū: z cū memoria disponit q̄ idē ꝟbum corpus voc' īduit. et auribꝫ audibile: et corpꝫ audiētiū visibile ꝓcedit. z etiam ipis corp⁹ suuz ligari z videri pmittit: et tñ īuisibile manēs de eēntia mētis z memorie nō recedit. Nō ḡ mēs nec memoria: sz solū verbū singulariť sonuit p corpus vocis sēsibile. z tñ insepabil'z mansit in essentia mētis et mēorie īuisibile. Sic sūm⁹ pr verbū suū seipm cogitādo genuit. qđ i pris et spūsctī eēntia sil' coeēntia le subsistit. Sed tñ nec pr nec spūsctūs sz solū ꝟbū qđ ē pris filij singulariť humanū corp⁹ īduit: se boibꝫ sensibile exhibuit: corp⁹ sūptū īdigna pati pmisit. ipz insepabil'z in essentia pris et spūsctī iuisibile z ipassibile pmāsit. Frēs. Qua ātsil'itudie amor dei spūs nomiať: Ogf. Dei essentiā dixi eē vitā. vera aūt vita se viuere itelligit: z si se vitā itelligit: se vtiq̄ diligit. Dei aūt viuere itelligere diligere nihil ē aliō q̄z existere. Dilectio ḡ ei vita: z vita ē spūs. Et q̄z de⁹ p dilectōz cūctꝫ esse vl' viuere tribuit. idcirco spūs nūcupať. Jō aūt sctūs addiť: q̄z cūcta p eū sctificāť. Frēs. Qualiť ꝓbať ħ spūs a pre z filio ꝓcedere: Ogf. Nihil aliō spiritus sctūs q̄z amor dei itelligiť. vñ z de⁹ charitas dr. Cōstat aūt q̄z pr filiū vt seipm diligit. z itē filiꝰ pre tāq̄z seipm diligit. Vita nāq̄z diligit se sapē: z itez sapiētia diligit se viuere. Vite aūt z sapie ꝓbata ē vna eēntia esse. Jgiť dilectio vel amor vl' charitas: qđ ē spūs sctūs i suba pris z filij coessētial' existit. z iō ab vtro q̄z eq̄liť ꝓcedit. Frēs. Si spūs sctūs pri z filio coessential' existit: quō ab indiuidua sba separi potuit: cū i specie colūbe sup dñm: vl' i forma ignis sup apl'os apparuit: Ogf. Sctūs spūs substātia non in colūbā vl' ignē est trāsmutata: sic nec verbi in carnē est trāsformata: sz spūs sanctus colūbe corpus ꝓdidit.

Finis

Ex libro retractatōnū diui augustini

Onfessionuz

meaz libri tredecī z de malo z de bonis meis deū laudāt iustū z bonū: atq̄ in eū excitāt hūanuz ītellectū et affectū. Interim qđ ad me attinet hoc ī me egerūt cū scriberēť: z agūt cū legunť. Quid de illis alij sentiāt ipsi viderīt. multꝫ tñ fratribꝫ multū placuisse z placere scio. A ꝓmo vsq̄ ad decimū de me scꝓti sunt. In tribꝫ ceterꝫ ꝺ scꝓturis sctis: ab eo qđ scꝓtū ē. In ꝓncipio fecit de⁹ celū et terrā: vsq̄ ad sabbati requiem. In quarto libro cuz de amici morte animi mei miseriā ꝓfiterer dicēs q̄ aīa nr̄a vna qđāmodo facta fuerat ex duabus. et ideo inq̄z forte mori metuebā. ne totus ille morerer quē ml'tū amaueram. Que mihi q̄si declamatio leuis q̄z guis ꝓfessio videť: q̄z uis vtcūq̄z tpata sit hᶜ ieptia ī eo qđ additū ē forte. Et illꝺ in libro terciodecio q̄ dixi firmamētū factū inf spiritales aq̄s supiores z corpales inferiores nō satis ꝓsiderate dictū ē. Res aūt in abscōdito est valde.

Aurelij Augustini deuotissimi confessionū liber primus incipit

Capitulum 1

Magnus es dominie z laudabil valde: magna virtus tua: z sapientie tue ñ est nūer. Et laudare te vult hō aliq̄ portio creature tue. z hō circūferēs mortalitatē suā: circūferēs testimoniū pcti sui. z testimoniū q̄ superbis rīstis: et tñ laudare te vult hō aliq̄ portio creature tue. Tu excitas vt laudare te delectet. q̄ fecisti nos ad te: z inq̄etū ē cor nostr̄ donec requiescat i te. Da mihi dñe scire z itellige re vtr̄ sit pius iuocare te an laudare te. z scire te prius sit an iuocare te. Sz q̄s te inuocat nesciēs te. Alius enī p alio pt iuocare nesciēs te. An potius iuocar̄ vt sciar̄: Quō aūt iuocabūt: i quē nō crediderūt: Aut quō credēt sine pdicāte. Et laudabūt dñm q̄ requirūt eū: Querētes enī inueniēt eū: z iuenientes laudabūt eū. Querā te dñe iuocās te: z inuocē te credēs in te: pdicat̄ es enī nob. Inuocat te deus fides mea quā dedisti mihi. quā īspirasti mihi p hūanitatē filij tui p ministeriū pdicatoris tui. Et quō iuocabo deū meum: deū z dominū meū: Qm̄ vtiq̄ i meipsū eū vocabo cū iuocabo eū: Et q̄s locus est i me q̄ veniat i me deus me. q̄ deus veniat i me: deus q̄ fecit celū z terrā. Jta ne domine deus meus ē q̄q̄ i me q̄ capiat te: An vo celū z terra q̄ fecisti z i q̄bus me fecisti capiūt te: An q̄ sine te nō essz q̄cq̄d ē. fit vt q̄cq̄d est capiat te. Qm̄ itaq̄ z ego sū: q̄d peto vt venias i me q̄ ñ essez nisi esses i me. Nō enī ego iā i īferis z tñ etiā ibi es. Nā z si descēdero i infernū ades. Nō ḡ essem deus me: q̄ nō oīno essez: nisi esses i me. An potius nō essem nisi essem i te: ex q̄ oīa: p quē oīa. in q̄ oīa. Etiā sic dñe etiam sic. Quo te iuoco cū i te sim: Aut vñ venias i me: Quo enī recedā extra celum z terrā vt inde i me vēiat deus me. q̄ dixit. celū z terrā ego ipleo. Capiūt ḡ ne te celū z tra: qm̄ tu iples ea: An iples z restat qm̄ nō te capiūt: Et q̄ refūdes q̄cq̄d impleto celo z terra restat ex te. An nō opus habes vt a q̄q̄ ptinear̄ q̄ ptines oīa: qm̄ q̄ imples: ptinēdo iples: Nō enī vasa q̄ te plena sūt: stabilē te faciūt: q̄ z si frāgantur nō effūder̄. Et cū effunder̄ sup nos, nō tu iaces sz eriḡ nos: nec tu dispgeris sz colligis nos. Sz q̄ iples oīa: te toto i ples oīa. An q̄ nō pñt te totū capere oīa: ptē tui capiūt: z eādē ptē sil oīa capiūt: An singulas singl̄a: maiores maiora: et minores minora capiūt. Ergo ē aliq̄ pars tua maior aliq̄ minor: An vbiq̄ totus es: Capit 4 z res nulla te totū capit: Quid es ḡ deus me: Quid rogo nisi dñs deus: Quis enī dñs pter dñm: aut q̄s deus pter deū nr̄m: Sūme optime potētissime oīpotētissime misericordissime z iustissime: secretissime z pīsentissime: pulcerrime z fortissime: stabil̄ et incōprehēsibil̄: imutabil̄ mutans oīa: nūq̄ nouus: nūq̄ vet̄. inouās oīa z i vetustatē pducēs superbos et nesciunt. Semp agēs: sp quietus: colligēs z nō egēs. portās et implēs z protegēs. creās z nutriens et perficiēs: q̄rēs cū nihil desit tibi: amas nec estuas. zelas et securus es. penitz te z nō doles. irasceris et trāq̄llus es: opa mutas: nec mutas consiliū. recipis q̄d inuenis z nunq̄ amisisti. Nūq̄z inops z gaudes lucris. Nunq̄z auar̄ z vsuras exigis Superogat tibi vt debeas: z q̄s hz q̄q̄ ñ tuū. Reddis debita nulli debēs: donas debita nihil pdēs. Et q̄d dicim̄ deus me: vita mea: dulcedo mea scta: aut q̄d dic aliq̄s cū de te dic: Et ve tacētibus Capit 5 de te: qm̄ loq̄ces muti sūt. Quis mihi dabit acq̄escere in te: Quis mihi dabit vt venias i cor meū: z iebries illō: vt obliuiscar mala mea: z vnū bonū meū ap̄lectere te. Quid mihi es: Miserere vt loquar. Quid tibi sū ipe: vt amari te iubeas a me z nisi faciā irascar̄ mihi et miner̄ ignoscēti miserias. Parua ne ipa ē misia si ñ amē te: Ei mihi. Dic mihi p misatōes tuas dñe deus me q̄d sis mihi. Dic aie meę salus tua ego suz. Sic dic vt audiā. Ecce aures cordis mei ante te. Dñe api eas: z dic aie mee. sal̄ tua ego sū. Curra p vocē hāc z apphēdā te. Noli abscondere a me faciē tuā. Moriar: ne moriar: vt eam videā. Angusta ē dom̄ aie mee: q̄ venias ad eā: dilatet abs te. Ruinosa ē: reficiendā:

Habet q̄ offendāt oculos tuos: fateor ꝛ scio. Sz q̄s mūdabit eā? Aut cui alti p̄ter te clamabo? Ab occultis meis munda me dñe: ꝛ ab alienis parce ſuo tuo. Ꝛe/ do ppt̄ qđ ꝛ loq̄r. Dñe tu scis. Nōne ti/ bi plocut⁹ sū aduersū me delicta mea de us meus: ꝛ tu dimisisti impietatē cordis mei. Nō iudicio ꝓtēdo tecū q̄ vitas es: ꝛ ego nolo fallere meip̄m. ne mētiat iniq̄ tas mea sibi. Nō g̃ iudicio ꝓtēdo tecū. qz si iniq̄tates obſuaueris dñe: dñe q̄s ſusti nebit? Sz tñ sine me loq̄ apđ mīſicordi am tuā: me terrā ꝛ cinerē Sine me tñ lo q̄: qm̄ ecce miſicordia tua ē. ñ hō irriſor me⁹ cui loq̄r. Et tu forſtaſſe irrideſ me: sz ꝓuerſus miſereberis mei. Quid enī eſt qđ volo dicere dñe de⁹ me⁹: niſi qz neſcio vñ veneri huc ī iſtā dico mortalē vitā: mor/ talē dicā vitā: an mortē vitalē: neſcio? Et ſuſceperūt me ꝓſolatões miſeratōnū tu arū: ſic audiui a pentib⁹ carnis mee: ex q̄ ꝛ in q̄ formaſti me ī tpe. Nō enī ego me/ mini. Excepert g̃ me ꝓſolatões lactis hu mani. Nec mr̄ mea vl̄ nutrices mee ſibi vbera ī plebāt: sz tu mihi dñe dabas p eas alimētū ī fantie ſm̄ īſtitutōez tuaz et diuitias vſq̄ ad fundū rer̄ diſpoſitas. Tu etiā mihi dabas nolle ampli⁹ q̄ da bas: ꝛ nutriētib⁹ me velle mihi dare qđ ill̄ dabas. Dare enī mihi p ordiatū affe/ ctū volebāt q̄ ex te abūdabāt. Nā bonū erat eis bonū meū ex eis: qđ ex eis nō: sz p eas erat. Ex te q̄ppe bona oīa de⁹: ꝛ ex deo meo ſal⁹ mihi vniuerſa. Qđ aniad/ uerti postmodū clamāte te mihi p hc̄ ip ſa q̄ tribuis int⁹ ꝛ forſ. Nā tūc ſugere no rā ꝛ acq̄eſcere delectatōib⁹. Flere aūt of/ fenſiōes carnis mee nihil ap̄li⁹. Post hc̄ ridere cepi dormiēs p̄mo: deīde vigilās. Hoc enī de me mihi īdicatū ē: ꝛ credidi: qm̄ ſic videm⁹ ꝛ alios infātes. Naz iſta mea nō memini. Et ecce paulati ſētiebā vbi eſſem: ꝛ volūtates meas volebā oſtē dere eis p q̄s impleret: ꝛ nō poterā qz in tus ille erāt: foris aūt illi: nec vllo ſuo ſen ſu valebāt ītroire ī aniaz meā. Itaq̄ ia/ ctabā mēbra ꝛ voces. ſigna ſil̄ia volūta/ tib⁹ meis: pauca q̄ poterā q̄lia poteram. Nō enī erāt veriſil̄ia. Et cū mihi ñ obtē perabat: vl̄ nō ītellecto: vl̄ ne obeſſz: īdi/ gnabar nō ſubdit⁹ ſz maioribꝫ. et liber⁹ nō fuiētib⁹: ꝛ me ꝺ illis flēdo vindicabā Tales eē infātes didici q̄s diſcere potui: ꝛ me talē fuiſſe magis mihi ip̄i īdicauer̄t nō sciētes q̄ꝫ sciētes nutritores mei. Et ecce infātia mea oli mortua ē ꝛ ego viuo Tu aūt dñe q̄ et ſp viuis. ꝛ nihil morīt ī te. qm̄ añ ꝓmordia ſecl̄oꝝ ꝛ añ oē qđ vel ante dici pt: tu es ꝛ deus es dñiq̄ oīm q̄ creaſti: ꝛ apud te rer̄ oīm īſtabiliū ſtant cauſe. et rer̄ oīm mutabiliū īmutabiles manēt origines. ꝛ oīm irrōnabiliū ꝛ tpa/ liū ſempit̄ne viuūt rōes. Dic mihi ſup/ plici tuo de⁹: ꝛ miſicoꝝ miſero tuo. dic mihi vtrū alicui iā etati mee mortue ſuc ceſſerit īfantia mea. an illa ē quā egi ītra viſcera mr̄is mee? Nā ꝛ ꝺ illa mihi non nihil īdicatū ē. et ꝓgnātes ip̄e vidi feias. Quid etiā añ hāc dulcedo mea de⁹ me⁹? fui ne alicubi aut aliq̄s. Nā q̄s mihi di/ cat iſta nō habeo: nec pr̄ nec mater potu erūt: nec alioꝝ expimētū. n̄c mēoria mea An irrides me iſta q̄rētē: teq̄ de ħ qđ no ui laudari a me iubes. et ꝓfiteri me tibi? Cōfiteor tibi dñe celi ꝛ tre laudē dicens tibi de ꝓmordiis ꝛ infantia mea q̄ ñ me/ mini. ꝛ dediſti ea homī ex aliis de ſe cōi/ cere: ꝛ auctoritatib⁹ ml̄iercl̄aꝝ ml̄ta ꝺ ſe credere. Erā ei ꝛ viuebā etiā tūc: ꝛ ſigna quib⁹ ſenſa mea nota aliis facerē: iā in fi ne infātie q̄rebā. Uñ ħ tale aīal niſi abs te dñe? An q̄ſq̄ ſe faciēdi erit artifex: aut vlla vena trabit aliūde: q̄ ee ꝛ viuere cur rat in nos. p̄terq̄ qđ tu facis nos dñe cui eſſe et viuere nō aliđ atq̄ aliđ ē: qz sūme ee atq̄ sūme viuere idip̄m es. Sūm⁹ ei es ꝛ nō mutaris. nec pagit̄ ī te hodiernū dies: ꝛ tñ ī te pagit̄: qz ī te ſunt ꝛ iſta oīa. Nō enī haberēt vias trāſeūdi: niſi cōti/ neres ea. Et qm̄ āni tui nō ꝺficiēt. anni tui hodiern⁹ dies. Et q̄ꝫ ml̄ti iā dies nr̄i ꝛ patrū noſtroꝝ p hodiernū tuū trāſier̄t ꝛ ex illo accepert modos: ꝛ vtcūq̄ extite rūt ꝛ trāſibūt adhuc alij ꝛ accipiēt ꝛ vt/ cūq̄ exiſtēt. Tu aūt idē ip̄e es: ꝛ oīa cra ſtina atq̄ vltra oīaq̄ heſterna ꝛ ꝓtro: ho die facies: hodie feciſti. Quid ad me si q̄s nō ītelligat? Gaudeat et ip̄e dicēs. Quid

Capm 7.

est hoc? Gaudeat etiã sic: & amet nõ inue niẽdo inuenire poti9 q3 iueniẽdo nõ iue nire te. Exaudi de9. Ue pctis hoim. Et hõ dicit hec. & miserere ei9: qm̃ tu fecisti eũ. & pctm̃ nõ fecisti i eo. Quis mecũ cõ memorat peccatũ infantie mee. Qm̃ nẽo mũdus a peccato coã te: nec infans: cui9 est vnq9 diei vita sup terrã. Quis mecuz memorat? An qlibet tãtill9 nũc paruu lus: in q̃ video qđ nõ memi đ me? Quid g̃ tũc peccabã? An quia vberi9 inhiabã plozãs. Hã si nũc faciã: nõ qdẽ vberib9: sz esce pgruẽti annis meis ita inhiãs: de rideoz atq3 repbẽdar iustissime. Tũc g̃ repbẽdẽda faciebã. sz qz repbẽdentẽ itel ligere nõ poterã: nec mos repbẽdi me n9 rõ sinebat. Hã extirpam9 et eũcim9 ista crescẽtes. Hec vidi q̃nq3 scientẽ: cũ aliq̃d purgat: bona pũcere. An p tpe etiã illa bona erãt flẽdo petere etiã qđ noxie da reꝛ: indignari acriter nõ subiectis hoib9 liberis et maioꝛib9: hisq3 a quib9 genitus est: multisq3 pterea prudẽtioꝛib9: nõ ad nutũ voluntatis obtẽperãtib9 feriendo nocere niti quãtũ pt: qz nõ obedirẽ impe rijs q̃b9 pniciose obediret. Ita ibecillitas mẽbꝛoꝝ infantiliũ innocẽs est: nõ anim9 infantiũ. Vidi ego & expertus sum zelãtez paruulũ: nondũ loq̃bat: et intuebat pal lidus amaro aspectu collactaneũ suum. Quis ẽ ignoꝛat? Expiare se dicunt ista matres atq3 nutrices: nescio q̃b9 remedi is. Nisi ꝓo et ista innocẽtia ẽ in fonte la ctis vbertim manãte atq3 abũdãte opib9 egentissimum. & illo adhuc vno alimẽto vitã ducentẽ: cõsoꝛtẽ nõ pati. Sz blãde tolerant hec: nõ quia nulla vl̃ parua: sed qz etatis accessu pitura sunt. Nõ licz ꝓ bes: tñ ferri equo aĩo eadẽ ipa nõ possũt: qñ in aliquo annosioꝛe depbẽdunt. Tu itaq3 dñe de9 me9 q̃ dedisti vitã infanti: & coꝛp9 qđ ita vt videm9 instruxisti sensi bus. cõpegisti mẽbꝛis: figura decoꝛasti. ꝓoq3 eius vniuersitate atq3 incolumita te oẽs conatus animãt9 insinuasti. iubes me laudare te ĩ istis & cõfiteri tibi & psal lere nomini tuo altissime: qz de9 es oĩpo tens et bonus: etiã si sola ista fecisses que nemo ali9 potest facere nisi tu vnea quo est omnis mod9 formosissime q̃ formas omnia. & lege tua ordinas oĩa. Hãc ergo etatẽ dñe q̃ me vixisse ñ memini. de q̃ ali is credidi. & quã me egisse ex alijs infan tib9 cõiecti. quãq3 ista multũ fida cõiectu ra sit: piget me annũerare huic vite mee q̃ viuo in hoc seculo. Quãtuz enĩ attinet ad obliuiõis mee tenebꝛas: par illi ẽ qua vixi in matris vtero. Qz et si in iniq̃tate conceptus sum: et in peccat9 me mr̃ mea in vtero aluit: vbi oꝛo te deus meus: vbi domine ego seru9 tuus: vbi aut qñ inno cens fui? Sz ecce omitto illõ tpus. Et q̃d mihi iã cũ eo est: cuius nulla vestigia recolo? Hõne ab infantia huc pgens ve ni in puericiã: vl̃ poti9 ipa ĩ me venit et successit infantie? nec discessit illa. Quo enĩ abijt? Et tñ iã nõ erat. Non enĩ eraz infans q̃ nõ farer: sz iã puer loquẽs erã. & memini hoc. & vnde loq̃ didicerã p9 ad uerti. Non enĩ docebãt me maioꝛes ho mines pbẽtes mihi verba certo aliq̃ oꝛ dine doctrie: sicut paulopost lras: sz ego ipe mẽte quã dedisti mihi deus me9 cuz gemitib9 & vocib9 varijs & varijs mẽbꝛo rũ motib9 edere vellem sensa coꝛdis mei: vt volũtati parerẽt: nec valerẽ que vole bã oĩa. nec q̃b9 volebã oĩb9 pensabã me moria cũ ipi appellabãt rẽ aliquã: & cuz fm eã vocẽ coꝛp9 ad aliq̃d mouebãt: vi debã et tenebã ẽ ab eis vocart rẽ illã qđ sonabãt cũ eã vellẽt oñdere. Hoc aũt eos velle ex motu coꝛpis apiebat tanq3 ẽbis naturalib9 omniũ gẽtiuz. q̃ fiũt vultu et nutu ocꝛoꝝ. ceteroꝝq3 mẽbꝛoꝝ actu: & sonitu voc9 indicãte affectionẽ animi i petẽdis habẽdis reꝛciẽdis fugiẽdisq3 re bus. Ita ẽba in varijs sentẽtijs loc9 su is posita & crebꝛo audita. q̃q3 rez sig̃ent paulatim colligebã: mealq3 iã volunta tes edomito in eis signis oꝛe p hec enũ ciabã. Sic cũ his inter q̃s erã voluntа tũ enunciãdaz signa cõmunicaui: & vite humane pcellosam societatẽ alti9 ingres sus sum: pendẽs ex parẽtum autoꝛitate nutuq3 maioꝝ hominũ. De9 de9 meus quas ibi miserias exptus sum & ludifica tões. quãdo q̃dem mihi recte viuere pu ero id ꝓponebat obtẽperare monẽtib9:

vt in hoc seculo florerē et excellerē līguo
sis artib⁹ ad honorē hominū: ⁊ falsas di
uitias famulātib⁹. Inde in scholā dat⁹
sum vt discerē lras: in quib⁹ quid vtilita
tis esset ignorabā miser. ⁊ tamē si segnis
in discēdo essem vapulabaz. Laudabat
enī hoc a maiorib⁹. Et multi añ nos vi
tā istam agētes pstruxerūt erūnosas vi
as: p quas trāsire cogebamur mltiplica
to labore ⁊ dolore filijs adā. Inuenim⁹
autē dñe homies rogātes te: ⁊ didicim⁹
ab eis: sentiētes te vt poteramus esse ali
quē magnū q̄ posses etiā nō apparēs sē
nobis. Nā puer cepi rogare te auxiliū ⁊
refugiū meū: ⁊ in tuā inuocationē rūpe
bā nodos lingue mee: et rogabā te puus
nō paruo affectu: ne i schola vapularem
Et cū me nō exaudiebas: qō nonerat ad
insipiētiā mihi: ridebant a maiorib⁹ ho
minib⁹ vsq̄ ab ipis parētib⁹ q̄ mihi acci
dere mali nihil volebāt plage mee. Da
gnū tunc ⁊ graue malū meū. Est ne q̄sq̄
dñe tā magnus anim⁹ p gndi affectu ti
bi coherēs: Est ne inq̄ ōsq̄: Facit enim
boc q̄dam etiā stoliditas. Est ergo q̄ ti
bi pie coherēdo ita sit affectus grāditer:
vt ecleos et vngulas atq̄ huiuscemodi
varia tormēta: p quib⁹ effugiēdis tibi p
vniuersas terras cū timore magno sup
plicāt: ita parui estimet: irridēs eos qui
hec acerbissime infligūt. quēadmodum
parētes nostri ridebāt tormēta quib⁹ pu
eri a magistris affligebamur. Nō enī aut
minus ea metuebam⁹: aut min⁹ te ō his
euadēdis depcabamur: ⁊ peccabam⁹ tñ
minus scribēdo aut legēdo aut cogitā
do de litteris q̄s exigebāt a nobis. Nō ei
deerat dñe memoria vl ingeniū q̄ nos ha
bere voluisti p illa etate satis: sed delecta
bar ludere: ⁊ vindicabāt in nos ab eis q̄
talia agebant. Sed maiorū nuge nego
cia vocant. puerorz autē talia cū sint pu
niūt a maiorib⁹: ⁊ nemo miserāt pueros
vel illos vel vtrosq̄: nisi fo approbz q̄s
q̄s bonus rez arbiter vapulasse me: quia
ludebā pila puer: ⁊ eo ludo impediebar:
quo minus celerit discerē litteras. quib⁹
maior deformi⁹ luderē. Haud aliud fa

ciebat idē ipe a quo vapulabā. Qui si in
aliqua q̄stiuncula a cōdoctore suo vict⁹
esset: magis bile atq̄ inuidia torquerēt:
q̄s ego cū in certamine pile a colluctore su
pabar. Et tamē peccabā dñe de⁹ ordia
tor et creator omniū rez naturaliū: pec
catorū autē tm̄ ordiator. Dñe de⁹ pecca
bā faciēdo cōtra pcepta parētū et mgro
rū illorū. Poterā enī postea bene vti lit
teris: quas volebāt vt discerē: quocūq̄
animo illi mei. Nō enī meliora eligēs: e
rā inobediēs: sz amore ludēdi amās i cer
tamibus supbas victorias: ⁊ scalpiau
res meas falsis fabellis q̄ prurirēt ardē
tius: eadē curiositate magis magisq̄ p
oc'os piculosa micante in spectacula lu
dosq̄ maiorū. Quos tamē q̄ edūt ea di
gnitate pditi excellūt: vt ꝑ pene oēs op
tent paruul' suis: quos tamē cedi libēter
patiunt: si spectacul' talib⁹ impediantur
a studio: quo eos ad talia edenda cupiūt
puenire. Vide ista dñe mi ficorditer: ⁊ li
bera nos iā inuocātes te. libera etiā eos
q̄ nōdū te inuocāt. vt inuocēt te ⁊ liberes
eos. Audierā enī ego adhuc puer ō vita
eterna nobis pmissa p humilitatem dñi
dei nostri descēdentē ad supbiā nostrā:
⁊ signabar iā signo crucis eius: ⁊ ꝺdiebar
et⁹ sale: iā inde ab vtero matris mee: que
multū sperauit i te. Vidisti dñe cum ad
huc puer essez et q̄dā die pssus stomachi
dolore repēte estuarē pene morit⁹ vi
disti de⁹ meus: qm̄ custos me⁹ iā eras: q̄
motu animi ⁊ qua fide baptismū christi
tui dei et dñi mei flagitaui a pietate ma
tris mee ⁊ matris omniū nostrā ecclesie
tue. Et cōturbata mater carnis mee: qm̄
⁊ sempiternā salutē meā chari⁹ parturie
bat corde casto in fide tua iā curaret fe
stinabūda vt sacramētis salutaribus initi
arer et abluerer: te domine iesu cōfitens
in remissionē peccatorz nisi statim recre
at⁹ essem. Dilata est itaq̄ mūdatio mea:
quasi necesse esset vt adhuc sordidarer si
viuerē. quia videlicz post lauacruz illud
maior ⁊ piculosior in sordib⁹ delictorum
reat⁹ foret. Ita iā credebā ⁊ illa ⁊ omnis
dom⁹: nisi pr̄ sol⁹: qui tm̄ nō euicit i me
ius materne pietatis: q̄ min⁹ in christum

Capitulū x

Capitulū xi

crederē: sic ille nō dū crediderat. Az illa satagebat vt tu mihi pater esses de⁹ me us poti⁹ q̄s ille. z in h̄ adiuuabas eaz: vt superaret virū cui melioz fuiebat. qz z i h̄ tibi vtiq; iubēti fuiebat. Rogo te deus me⁹ vellē scire si tu etiā velles. q̄ ꝓsilio di lat⁹ sū ne tūc baptizarer. vtrū bono meo mihi q̄si laxata sint loza peccādi: an non laxata sint. Un ḡ etiā nūc ō aliis atq; ali is sonat vndiq; i aurib⁹ nr̄is. sine illū: fa ciat qđ vult. nō dū enī baptizat⁹ ē: et tñ i salute corpis nō dicim⁹. sine: vulneret ā/ pli⁹: nodū enī sanat⁹ ē. Quāto g̃ melius vt cito sanarer. z id ageret mecū meoruz meaq; diligētia. vt recepta sal⁹ aīe mee tuta essz tutela tua q̄ dedisset eā: Deli⁹ ꝙo. Sed q̄t et q̄nti fluct⁹ impēdere tēpta tōnū post puericiā videbant: nouerat e/ os iā illa mr̄: z territa p eos. vnde postea formarer: quā ipaz iā effigiē ꝓmittere vo lebat. In ipa tñ puericia de q̄ mihi mi/ nus q̄s de adolescētia metuebat: nō ama bā lr̄as: z me i eas vrgeri oderam. z vrge bar tñ. et mihi bñ fiebat: nec faciebā ego bñ. Nō enī discerē nisi cogerer. Nēo an tē inuit⁹ bñ facit: etiā si bonū ē qđ facit. Nec q̄ me vrgebāt bñ faciebāt: sz bñ mi hi fiebat abs te de⁹ me⁹. Illi enī nō ītu ebant q̄ referrē qđ me discere cogebāt. p ter q̄s ad satiādas īsatiabiles cupiditates copiose iopie z ignominiose glie. Tu ꝙo cui numerati sūt capilli nr̄i: erroze oīm q̄ mihi ist̄abāt vt discerē vtebar⁊ ad vtilita tē meā. meo aūt q̄ discere nolebā vtebar⁊ ad penā meā. q̄ plecti nō erā idign⁹ tātil/ lus puer z tāt⁹ pctōr. Ita de nō bñ faciē tib⁹ tu bñ faciebas mihi. z de peccāte me ipo iuste retribuebas mihi. Jussisti enī z sic ē: vt pena sua sibi sit oīs īordinatus anim⁹. Quid autē erat cause cur grecas lr̄as oderā: q̄b⁹ puerul⁹ induebar. ne nūc mihi q̄dem sat⁊ explorat̄ est. Adamaue rā enī latinas. nō quas ꝑmi magistri: sed q̄s docerēt q̄ grāmatici vocāt. Nā illas ꝑmas vbi legere z scribere z numerare di scit: nō min⁹ onerosas penalesq; habebā q̄s omnes grecas. Un tñ et h̄ nisi ō pctō z vanitate vite. qz caro erā z spūs ambu lās z nō reuertēs: Nam vtiq; meliores: qz certiores erāt ꝑme ille lr̄e q̄b⁹ fiebat i me: et factū est z habeo illō vt legā si q̄d scriptū inuenio. et scribā ipe si q̄d volo. q̄s ipe q̄b⁹ tenere cogebar enee nescio cu ius erroris: oblit⁹ erroz meoz z plorare didonē moztuā. qz se occidit ob amoze cū interea meipm i his a te moziēte de⁹ me⁹ vita mea siccis oculis ferrē miserim⁹? Quid enī miseri⁹ misero nō miserāte se/ ipm. et flēte didonis moztē q̄ fiebat amā do eneā. nō flēte aūt moztē suā q̄ fiebat nō amādo te: De⁹ lumē cordis mei z pa nis oris int⁹ aīe mee: z virtus maritans mentē meā z sinū cogitatōnis mr̄i mee. nō te amabā: z fornicabar abs te: z forni cāti sonabat vndiq; euge euge. Amicicia enī hui⁹ mūdi fornicatio ē abs te. Et eu ge euge dicit vt pudeat si non ita hō sit. Et hec nō flebā: sz flebā didonē exticā: ferroq; extrema secutā. seq̄ns ipe extre/ ma cōdita tua relicto te. et terra ienī ter ram: z si ꝓhiberer ea legere dolerē: qz nō legerē qđ dolerē. Tali demētia honestio/ res et vtiliores lr̄e putant: q̄s ille q̄bus legere et scribere didici. Sz nūc i anima meā clamet de⁹ me⁹: z veritas tua dicat mihi. Nō ē ita. Melior est ꝓsus docti/ na illa ꝓor. Nā ecce paratior sum oblīi sci errores enee: atq; oīa eiusmodi q̄s scri bere et legere. Nt enī vela pēdent i limi nib⁹ grāmaticaz scholaz: sz nō illa magi honorē secreti q̄s tegumētū error⁊ signifi cāt. Nō clamēt aduersū me q̄s iā non ti/ meo dū ꝓfiteor tibi q̄ vult aīa mea deus meus: z acq̄esco in reprhēsiōe malaz viaz rū meaz. vt diligā bonas vias tuas. Nō clament aduersum me vēditores grāma tice vl emptores: quia si ꝓponā eis inter rogans vtrū verū sit q̄ eneam aliquando carthaginē venisse poeta dicit: indocti res se nescire respondebūt. doctiores au tem etiā negabūt verū esse. Nt si queraz quibus litteris scribat enee nomen: oēs mihi qui hec didicerūt verum respondē būt ꝑm id pactū z placitū q̄ inter se ho/ mines ista signa firmarūt. Item si q̄ram quid hoz⁹ maiore vite hui⁹ incōmodo quisq; obliuiscatur legere et scribere: an poetica illa figmenta: quis non vid̄at

Capitul 12

Capitul 13

